Toga vnde dicitur.ibidem.
Togis ſoli vtebantur romani.ibidem.
Togati qui dicuntur.fo.xxvj.col.ij.
Togis romani tempoꝛe pacis ſolūmodo vtebantur.fo.eo.col.j.
Topacius lapis ꝑtioſus ꝗlis ſit.fo.xx.col.j.
Topacij quis fuit pꝛimus geſtatoꝛ.ibidem.
Traianus imperatoꝛ magnus iuſtitie zelatoꝛ.fo.vj.col.iij.
Turpe nihil faciendum eſt.fo.v.col.iiij.

De litera.V.

Variatio repꝛobatur.fo.xj.col.iij.
Vaſallus cōtra dominū non cogitur poſtulare.fo.xxvj.col.iij.
Venie facilitas tribuit incentiuū delinquendi.fo.xiij.col.iiij.
Veritatis multiplex deſcriptio.fo.v.col.j.
Veritas vnde oꝛta eſt.ibidem.
Veritas eſt tempoꝛis filia.ibidem.
Veritatis laus.ibidem.
Veritas triplex eſt.fo.eo.col.ij.
Veritas cū iuſtitia in duob⁹ cōuenit.ibidem.
Veritatis tres ſunt gradus.ibidem.
Veritas a latebris extrahi debet.fo.v.col.ij.
Veritatem negans pꝛo pecunia deum negare videtur.fo.xxiiij.col.iij.
Veſtis debet eſſe conueniens ſtatui ⁊ oꝛdini.fo.xxvj.col.j.
Viliſſim⁹ reputatur ſi non alios ꝑcedat ſcietia qui eſt in honoꝛe pꝛim⁹.fo.xxiij.col.iiij.
Viatoꝛes qui ſunt.fo.xxix.col.iij.
Vicecomes quis dicatur.fo.xxiij.col.iij.
Vindicationis deſcriptio.fo.v.col.ij.
Vindicatio cui ſit neceſſaria.ibidem.
Vindicatio ꝗ ꝟtuoſa ⁊ licita ſit.fo.eo.col.iij.
Vindicatio in medio duoꝛum vitioꝛum cōſiſtit.ibidem.
Vindicatio eſt moderanda.ibidem.
Vindicationis laus.ibidem.
Vindicatiuus homo a domino inueniet vindictam.fo.xxiiij.col.iij.
Virga aliqn̄ denotat amicitiā.fo.xx.col.iiij.
Virga aliqn̄ denotat coꝛrectionē.ibidem.
Virga vnde dicitur.ibidem.
Virga vtuntur magi ad pacandos inter ſeſe ſerpentes.ibidem.
Virtutis deſcriptio.fo.xiij.col.ij.
Virt⁹ vnde dr ⁊ quare ſic dicta.fo.eo.col.iij.
Virtus nos fert nō ad elyſios campos: ſed ad ipſam mundi arcem.ibidem.
Virtus ⁊ foꝛtitudo differunt.ibidem.
Virtus qualiter acquiritur.ibidem.
Virtutis laus.ibidem.
Viri pꝛopꝛia eſt foꝛtitudo.fo.xx.col.ij.
Umbꝛa ſenis melioꝛ eſt ꝙ gladius iuuenis.fo.xvj.col.iij.
Vox ꝑconis hoꝛrida.fo.xxviij.col.iiij.
Voci que contraria ⁊ que pꝛopicia ſūt.ibidē.

De litera.Z.

Zelencirudicis iuſtitia in filium pꝛopꝛium folio.xxiiij.col.ij.

Finis Tabule.

CUm omni ge
neri animantiū (inquit ille eloquentie parens Cicero officiorū primo) principio ſit ab ipſa natura tributū: vt ſe et vitā corpuſqꝫ tueat̄: declinet que ei nocitura videātur: et oīa que ſunt neceſſaria ei ad viuendū acq̇rat. ¶ Idcirco iuſtitiā (que vtilitatē hoīm cōſeruat ⁊ cōtinet: decernit vt ab hoīe inerti atqꝫ inutili: ad ſapientē bonū fortēqꝫ virum transferētur res ad viuendū neceſſarie prout dicit idē Cic. offi. iij.) nō ſolū vtile eſt cognoſcere ⁊ eiꝰ tramites: ſed etiā valde neceſſarium oībus hoībus. Quid melius (inquit Ioā. tinctus in tracta. de inſtitu. regiminis dignitatū.) q̇d deo acceptius: ꝙ̄ per iuſtitiā ſeruare in oībus animū incorruptū: et in rebꝰ exteriorībꝰ equitatē: qđ alterū nō ledat: ⁊ efficere vt hoīes a delictis ⁊ criminibꝰ contineāt: q̄ legibꝰ et iuſtitie inſtitutiōibꝰ cohercent̄: quā iuſtitiā pure ⁊ integre obſeruando hō a mortali diuinꝰ efficit̄. ¶ Iuſtitia eñ eſt ſplēdor magnꝰ: ex q̄ viri boni nominātur: vt dicit idē Cic. offi. li. j. In q̄ q̇dē ſimul oīs virtꝰ cōtinet̄: vt teſtat̄ beatus hiero. in epiſto. xviij. ad demetriadē. Et Pau. de caſt. i. l. Iuſtitia. ff. de iuſti. ⁊ iu. ¶ Eſt eñ illa regina de qua prophe. ait pſal. xliiij. Que ſedet coronata a dextris dei in veſtitu deaurato circūdata varietate. De qua Euripides ⁊ Ariſt. v. ethi. neqꝫ heſperus neqꝫ lucifer ita admirabilis. Eſt etiā oīm mater ꝟtutū ceterarūqꝫ nobiliſſima ꝓut dicit̄ Cic. offi. iij. Ariſt. ethi. v. ⁊ Tho. ij. ij. q. lviij. arti. fi. Priſci. igit̄ eam aſtreā quaſi ex aſtris demiſſaꝫ iuſtitiā reginā nuncuparūt: qđ teſtātur Ariſt. vbi. ſ. Et Cic. i. iij. offi. ꝙ etiā probat̄ pſal. lxxxiiij. iuſtitia de celo ꝓſpexit.

Iuſtitie laus.

SEd quoniā nephas eſt omiſſis initūs et interꝓ̄tatione nō repetita materiā tractare ꝓut dicit iuriſcon. Gayus in. l. j. ff. de origine iuris. ad qđ etiā facit id qđ ſcribit Cice. in ꝓhe. offi. ¶ Oīs (inq̇t ipſe) que a ratione ſuſcipit̄ de aliqua re inſtitutio debet a diffinitione ꝓficiſci vt intelligat̄ quid ſit de quo diſputatur. Et ideo videndū eſt de ſignificatione et diffinitione iuſtitie. ¶ Eſt igitur iuſtitia ſcḋm beatū Tho. ij. ij. q. lviij. ar. j. ⁊ iuriſperitū in. l. j. ff. de iuſtitia ⁊ iu. habitus ſcḋm quā conſtāti et ꝑpetua voluntate ius ſuū vnicuiqꝫ reddit̄. ¶ Scḋm vero Lupū de oliueto hiſpanuꝫ in regula monachorū ſancti hiero. c. xxvij. ⁊ eſt in tertia parte epiſtolaꝝ beati illiꝰ hiero. inſerta: eſt ſingularū rerum ⁊ perſonaꝝ equiſſima diſtributio: quam quis obtinens: ⁊ cui adherent vitam ſuam diſpoſite ⁊ ſine turbatione conſeruat. Cuſtodit in oībus equitatē: ſcit quid deo debeat: quid ſanctis: ⁊ quid equalibꝰ reddat. Quid non deneget poteſtatibꝰ huiꝰ ſeculi: quid ſibi retineat: quid proximo competat: ⁊ q̇d alienis concedit: aut cōgruit. ¶ Scḋm vero Cicero. vete. rheto. li. ij. titu. ix. ſic diffinitur: eſt habitus animi cōmuni vtilitate cōſeruata: ſuā cuiqꝫ tribuens dignitatē. Eius initiū eſt a natura profectū: deinde quedā a cōſuetudine ex vtilitatis ratione venerūt. Poſtea res ⁊ ab natura profectas: ⁊ ab cōſuetudine probatas legū metus ⁊ religio ſanxit. ¶ Sed quia (teſte Tho. ij. ij. q. lviij. ar. viij.) omnes virtutes cardinales dupliciter accipiuntur. Uno mō ſcḋm ꝙ ſunt ſpeciales virtutes: habentes determinatas materias. Alio modo ꝙ ſignificant quoſdam generales modos virtutis. et ideo dicendū eſt ꝙ iuſtitia proprie ſumpta accipitur dupliciter. videlicet generaliter et particulariter. Gñaliter: qua precipiūtur et ordinātur actus oīm virtutum. prout dicunt Tho. vbi. ſ. et Richar. in. iij. diſtin. xxxiij. ar. v. q. iij. ⁊ Ariſto. in. v. ethi. et vocatur iuſtitia legalis que eſt in principe. primo ⁊ quaſi architectonice: qꝛ cenſetur habere oīa iura in ſcrinio pectoris. de quo gloſ. in. c. dicēti. in verbo in iuris. xxv. q. ij. per. l. oīm. C. de teſt. Scḋo eſt in ſubditis quaſi miniſtratiue. ¶ Particulariter aūt accipitur prout eſt habitꝰ cōſtituēs equalitatē ad alterā ſingularē perſonā: de qua per Richar. vbi. ſ. ibi quarto accipit̄. ¶ Improprie vero ſumpta iuſtitia eſt q̄ ad ſeipm̄ ſcḋm diuerſas partes pertinet: ⁊ eſt rectitudo ordinis in partibꝰ hoīs: vt ſcꝫ naſcibilis ⁊ concupiſcibilis ſubdantur voluntati ⁊ voluntas rationi. Et diffinitur ſcḋm Anſelmū lib. de veritate. c. xij. Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis propter ſe ſeruata. ⁊ Aug. lib. j. de moribus eccleſie. Eſt amor deo tantum ſeruiens.

Iuſtitie varie deſcriptiones.

Iuſtitia dupliciter accipit̄.

Pnceps hꝫ iura i ſcrinio pectoris.

Iuſtitia impropie ſumpta quid ſit.

VIſa diffinitione iuſtitie dicendū eſt ſcḋm Bald. in ꝓhe. Greg. in fi. ꝙ iuſtitia quodā triāgulo continet̄: veluti quadā turri fortiſſima triangulari: de qua q̇dē turri dicit̄ Prouer. xviij. Turris fortiſſima nomen dñi. Et ꝙ de turri iuſtitie illud dictū ſit in promptu patet: qꝛ nomē dñi qđ eſt chriſtꝰ: eſt ipſamet iuſtitia in. c. Exiſtimāt. xj. q. iij. ſol iuſtitie in eccl'ia nūcupatur. Deſcriptionē conſequēter ſeu figurā illiꝰ turris videamꝰ.

Iuſtitia in turri triāgulari figuratur.




# De fide. Cap. j.

Qualiter autē adequātur iſte virtutes turri iuſtitie videndum eſt. Et primo de fundamētis: que quidē fundamēta ex duobus firmiſſimis lapidibus conſtruuntur: quorū primus eſt. Uera fides: prout teſtatur Cice. offi. j. Et Aug. prout recitat in ca. vbi ſana. xxiiij. q. j. vbi dicit ꝙ vbi ſana fides non eſt: non poteſt eſſe iuſtitia: et ideo quia deficientibus fundamentis corruit edificium. l. egi tecum. ff. de except. rei iudi. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere ꝑter id qđ poſitū eſt qđ eſt chriſtus Jeſus. Pau. j. ad Corint. iij. Et vbi chriſtus non eſt fundamentū nullius boni operis eſt ſuperedificium. in. ca. Cum Paulus. j. q. j. ¶ Sine fide eñi impoſſibile eſt placere deo qui iuſtitia eſt: qm̄ iuſtitia eſt figura dei: vt prediximꝰ. ¶ Fides ergo ſic deſcribitur ab apoſtolo ad Hebre. xj. c. Eſt ſubſtantia rerum ſperandarū argumentū non apparentiū. Magiſtraliter aūt ſic deſcribitur per glo. in rub. de ſumma trinitate et fide catholica. Eſt voluntaria certitudo abſentium infra ſcientiā: et ſupra opinionē. Conſtituta itaqꝫ ſcientia habet cognitionem: fides vero non. Unde dicit Aug. Fides eſt credere qđ non vides. in ca. in domo. de peñ. diſtinc. iiij. ¶ Undecim modis fides accipitur. prout dicit Hoſt. in. d. gl. de ſumma trinitate ⁊ fide catholica. Primo ponitur et accipitur pro ſacramento baptiſmi. in ca. Debitū. de baptiſmo. et in ca. de Jude. xv. diſtinc. Secūdo: pro caſtitate thori. in ca. Coniuges. xxvij. q. ij. Tertio: pro conuentionali ſecuritate que etiam hoſti ſeruanda eſt. in ca. Noli. xxiij. q. j. Ob id enim cōmuniter dicit ꝙ graue eſt fidē fallere. l. j. rñ. j. ff. de cōſtitu. pecu. ¶ Ad hoc poteſt incidenter adduci notabile exemplū Marci attilij reguli de quo i. l. poſtliminij. ff. de capt. et poſtli. reuerſ. qui quidem cuꝫ captus fuiſſet a Xantippo duce Lacedemonio: et iuramento preſtito ꝙ rediret miſſus eſt Romam pro commutādis captiuis. Unde cum eſſet in ſenatu diſſuaſit captiuos aduerſariorum reddi. Diſcebat eñi illos adoleſcentes eſſe: et bonos duces belli: ſe iam ſenectute confectuꝫ. Cuius cum valuiſſet auctoritas: captiui retēti

Fides eſt primꝰ lapis fundamenti turris iuſtitie.

Fidei laus.

Fidei deſcriptio multiplex

Fides qt modis accipit.

fides eſt hoſti ſeruanda.

Mar. attilij reguli fides.

ſunt: ipſe vero rediſt Carthaginē. Non charitas patrie retinuit eum: nec amor vxoris: aut ſuorum. Cum etiam nō ignoraret ſe ad crudeliſſimos hoſtes et exquiſita ſupplicia (quibus de facto expoſitus fuit) proficiſci: ſed fidē conſeruandam putabat. Quarto accipit fides pro conſcientia. in cap. Literas. §. Porro. de reſtitu. ſpolia. in ca. Quoniam omne. de preſcript. Quinto accipitur pro credulitate: ſm quam credimus: id qđ non videm⁹. Et de iſta ſupra diximꝰ. vnde Grego. Fides non habet meritū: cui humana ratio prebet experimentum. Sexto accipitur pro legalitate ſeu confidētia. in. §. Vendite. inſtitu. de rerū diuiſione. Septimo pro equalitate ꝛ exuberantia actionum. in. §. actionum. inſti. de actio. in cap. cum venerabilis. §. j. de exceptio. Octauo pro legalitate ſeu fidelitate: dolo contraria. in cap. Bona fides. depoſi. Nono pro probabili ignorantia. l. qui bone fidei. ff. de acquiren. rerum domi. vel probabili credulitate. l. bone fidei emptor. de verbo. ſignifi. Decimo ꝓ ſimplicitate bona ſeu innocētia. vnde dicitur cōiter bone fidei homo eſt: ꝛ non eſt duplex. nō eſt malitioſus: ſed innocēs q̄ omni verbo credit. in ca. Innocens. xxij. q. iiij. Undecimo pro collectione articulorum: vt in rubri. de fide catholica. ꝛ in cap. hec eſt fides. xxiiij. q. j. Et in ſymbolo Anaſtaſij. Quicūq̧ vult ſalu⁹ eſſe ꝛc.

fidei due ſūt ſpēs. ¶ Due autem ſunt fidei ſpecies: ſm eundem Hoſtieñ. in dicta rubrica in ſumma. Una formata quam habent boni ꝛ ſancti. Alia informis: id eſt ſine forma quā habent mali: et exiſtētes in peccato: q̄ñ etiā demones habent informem fidem. Et de iſta habetur in ca. Oſius. de elect. De prima videlicet de formata eſt tex. in c. qđ apud. de cōſecra. diſt. iiij.

fidei effectus ſunt multiplices. ¶ Effect⁹ autem fidei ſunt multiplices et notabiles. Nam fides in vnum fideles cōnectit: quos diuerſitas meritorum tenet. in. c. Sit rector. §. Quid ergo. xliij. diſtinct. Oia purgat. in. c. vlti. xv. q. vlti. et in. c. Si petr⁹. xxiiij. q. j. Itē vbi ratio humana comprehendere nequit fides complectitur: et comprehendit. in cap. non turbatur. in fine. eadem cauſa. ꝛ. q. ¶ Item ſupplet vbi baptiſmus vel aliud ſacramentum haberi non poteſt. in cap. Baptiſmi. de conſecra. diſtinct. iiij. vbi eſt exemplum de latrone crucifixo cum Jeſu. Item omnes procellas militātis eccleſie ſuperat. dicto cap. non turbatur. Item rempublicam magis q̄ ſudores corporales gubernat. in cap. In qualibet. xxiiij. q. viij. Sine fide enim virtus falſa eſt: etiam in optimis morib⁹. in ca. Omnes. §. Item Aug. xxviij. q. j. Et ideo dicit beatus Hieroñ. tertia parte. tract. ix. epiſto. xxviij. Hec (inquit ipſe) vniuerſa nobis inuiſibilia ante oculos ponit. Ad hanc ingreſſi diabolum et poteſtatem huius mundi ꝛ harum tenebrarum deſtruimus. ¶ Et hec de fide que eſt prima petra fundamenti turris.

## ¶ De charitate. Cap. ij.

Est charitas ſecundus lapis turris iuſtitie: quia (vt teſtatur Auguſt.) vbi charitas non eſt non poteſt eſſe iuſtitia. in ca. vbi ſana. circa finem. xxiij. q. j. *charitas eſt ſcđs lapis fūdamenti turris iuſtitie.* ¶ Eſt enim radix omnium bonorum: prout dicit idem Auguſt. Et tranſumptiue. in. c. quia radix. de peni. diſtinct. j. *Charitatis laus.* Qui enim manet in charitate: in deo manet: et de⁹ cum eo. Joā. in epiſto. iiij. cap. ¶ Creatura namq̧ rationis capax et liberi arbitrij: iuſtitie et innocentie ſine charitate particeps eſſe non poteſt. in cap. tolle. de peni. diſtinct. ij. Charitas enim nūq̄ excidit: id eſt in hac vita eſt: et in futuro erit ſeculo. et dicitur hoc ad differentiā fidei: ſpei: et prophetie. prout dicit tex. et ibidem Archi. in cap. Charitas. c. iij. de peni. diſtinct. ij. ¶ Eſt autē charitas: vt ait Proſper. lib. de contemplatiua vita: ꝛ tranſumptiue in cap. Charitas. ca. ij. de peni. diſtinct. ij. *Charitatis multiplex deſcriptio.* Recta voluntas et ab omnibus terrenis ac preſentib⁹ prorſus aduerſa: iuncta vero deo inſeparabiliter et ignita igne ſpiritusſancti a quo eſt: et ad quem refertur incenſa: omnis inquinamēti extranea: corruptionis neſcia: nulli vitio mutabilitatis obnoxia: ſuper omnia que carnaliter diliguntur excelſa: affectionum omnium potentiſſima: diuine contēplationis auida: in omnibus ſemper inuicta: ſumma actionum bonarum: ſalus morum: finis celeſtium preceptorum: mors criminū: vita virtutum: virtus pugnantium: palma victorū: anima ſanctaruz mentium: cauſa meritorū bonorū: premium perfectorū. Sine qua nullus deo placuit: cum qua aliq̄s peccare nō poterit: nec potuit. Fructuoſa in penitentibus: leta in perficientibus: glorioſa in perſeuerantibus: victorioſa in martyrib⁹: operoſa in omnib⁹ oino fidelib⁹: ex qua quicquid eſt boni operis viuet. ſm vero Lupum in regula monachorū ſctī Hier. c. xxix. eſt dilectio. Dilectio aūt eſt vinculū aiaꝝ caſta ꝛ ſin

cera ⁊ ſine emulatione charitas: cõſummatio omnium mandatorum: breuis omnium preceptorum. Quam cum quis habuerit omnia habet: ſine hac in alijs virtus remanet imperfecta. iuxta illud j. ad Corint. xiij. c. Si linguis hominum loquar et angelorũ: charitatem autem nõ habeã: factus ſum velut es ſonãs aut aut cymbaluʒ tinniens. Et ſi habuerim prophetiam: ⁊ nouerim myſteria oĩa ⁊ oẽm ſcientiã. Et ſi habuero omnẽ fidẽ: ita vt mõtes trãſferã: charitatẽ aũt non habuero: nihil ſum. Merito ergo iuxta fidẽ ponitur cũ vna ſine altera ſit prorſus inutilis: vt pretactũ eſt: ideo dicit̃ ad Gal. v. c. Quis fides ꝑ charitatẽ operat̃. eſt iõ charitas dilectio dei ⁊ proximi. in c. tolle. de pen. diſt. ij. ¶ Itẽ charitas dicitur aqua vt hr̃ in. c. Charitas eſt aqua. eadẽ diſt. Et dicit ibidẽ Archi. ꝙ dr̃ aq̃: q2 ad modũ aque lauat ⁊ delet peccata.

*Charitatis effectus.*

¶ De effectu aũt charitatis dicendũ ſm Aug. ꝓut refert Archid. in. c. Charitas. c. ij. ante fi. ea. di. Qd̃ naſcit̃ nutrit̃: roborat̃ ⁊ ꝑficit̃. Naſcit̃ i appetitu. ſ. cũ aliqs appetit volũtatẽ dei fieri ſuper oĩa. Nutritur in cogitatione: cũ ſcʒ in hoc cogitat: ⁊ in hoc perficit. Roboratur in operatione ⁊ nõ aduertẽdo ſe ab hoc ꝓpter aliqua mala q̃ ſibi aduenięt poſtmodũ. Perficit̃ ⁊ tunc: q2 propter defect⁹ naturales ⁊ impedimẽta corporalia nõ põt plene hoc velle i vita iſta cupio diſſolui ⁊ eſſe cũ xp̃o: vt ibi plene ⁊ ꝑfecte poſſit hoc velle: ſcʒ ꝙ volũtas dei ſup oĩa fiat.

*Charitatis erga deum et homines exempla.*

¶ De charitate eñ erga deum et inter hoĩes: infinita legunt̃ exẽpla: inter que legitur Geñ. xvij. de Abrahamo q̃ filiuʒ ſuum vnigenitum conatus eſt immolare eo ꝙ ei iuſſerat dominus: vetitus tamen et impeditus dei iuſſu: nobis charitatis erga deum exemplum tribuit. ¶ De matre etiam. ij. Machabeo. vij. c. legitur. Que quidem cum ſeptem filijs ſuis: maluit per diuerſa ſupplicia mori: ꝗ̃ veri dei cultũ abnegari. Infiniti etiã martyres fuere: quorũ infinit⁹ eſt numerus: q̃ propter charitatẽ que erga deum habebãt: mori maluerũt ꝗ̃ charitatẽ deſerere. ¶ Charitas etiã inter hoĩes eſt neceſſaria vt. s. diximus: nec tm̃ proximos amare cogimur: q2 conſanguineos vel affines noſtros: ſed propter hoc tantũ ꝙ nature noſtre ſunt participes. Nã ꝓrimi noſtri credẽdi ſunt oẽs hoĩes nature noſtre participes. d. c. charitas eſt. vſi. Itẽ nõ illi. de peni. diſt. ij.

*Ionathas dilexit dauid.*

¶ Et de iſta charit[illegible]te multa ⁊ diuerſa exẽpla reperiunt̃. De Ionatha eñ Sauli regis filio legit̃ in li. Regũ. Qui charus fuit dauidi: eo ꝙ neq3 patris ſupbia ipſi etiã filio formidanda: neq3 crudelitas illius (q2 dauid querebat occidere) potuit illũ ꝓpoſito aduertere: quin volũtates regis amico exitiales: nõ confeſtim ei patefaceret: ita vt nihil tã ſubitũ inferociſſimus rex de eo ſtatuerit ꝙ nõ ille tẽpeſtiue Ionathe ſtudio caueret. ¶ Itẽ ⁊ aliud exẽplũ de Thobia legit̃. Qui babilonica captiuitate populos egenos ⁊ afflictos: cõſolabatur: ſubleuabatq3: proprijs fortunis mortuos ſepeliebat: et diuerſos actus charitatis in eos exercebat. ¶ Domin⁹ etiã ieſus xp̃s redemptor noſter docuit hoĩb⁹ charitatẽ eſſe maximã virtutem: nec tm̃ docuit: ſed precepit ⁊ exẽplũ prodidit. Qui humanitate recepta innumeros labores ⁊ erũnas paſſus eſt vſq3 ad mortẽ incluſiue vt homo q̃ ſua culpa ruerat aliena ope reſtauraretur.

## ¶ De ſpe. Cap. iij.

**Subſequenter** de gradu ſeu ſcala videamus. qui quidẽ grad⁹ ſpes vocat̃. ¶ Eſt igitur ſpes ſm Archi. in. c. Põt. de pe. di. ij. poſt Pap. futurorũ bonoꝝ expectatio: q̃ exprimit hũilitatis affectũ: ⁊ ſedule ſeruitutis obſequium. Dicta ſpes: eo ꝙ ſit quaſi pes progrediendi ad deũ. Eſt eñ cupidorꝝ: nemo eñ ſperat qd̃ non cupit. ſm vero Tho. in. ij. ſentẽ. diſt. xxvj. q. j. ar. j. Eſt extẽſio appetit⁹ in appetibile.

*Spes eſt ſcala iuſtitie.*

*Spei deſcriptio.*

¶ Spes vero ſm beatũ Hiero. in. iij. par. epiſt. tract. ix. in regula. c. xxviij. Eſt expectatio rerum omniũ futurarum qua ſaluamur Paulo apoſtolo ſcribẽte ad Roma. viij. c. Spe eñ ſalui facti ſum⁹. Illa eñ beatiſſima nos ꝑducit ad cognitionẽ ⁊ exercitiũ iuſtitie. in ꝓphe. inſti. §. fi. ſm vero Aug. prout recitat Inno. in ca. Ex literis. de iureiu. Eſt certa expectatio future beatitudinis. ¶ Tendit eñ ſpes laborũ ad ꝑmiũ ⁊ honorificẽtiã vt dicit. l. j. de aſſeſ. C. facit. l. fi. de ſtat. et imagi. C.

*Spei effectus.*

¶ Oĩs q̃ppe iuſtus ſpe ⁊ fortitudine nitet. prout dicit Iſido. li. de ſum. bono. li. ij. c. iij. ⁊ ideo dicitur Eſa. xl. c. Qui ſperant in domino mutabunt fortitudineʒ: aſſumẽt pẽnas ſicut aquile: current ⁊ nõ laborabunt: ambulabunt ⁊ nõ deficient. ¶ Spes eñ illa monſtrat reb⁹ afflictis viam. prout dicit Seneca tragedia. vij. ¶ Iſta eſt enim ſcala q̃ in eternitatẽ aĩm erigit vt dicit Gregorius li. vj. moraliũ. ¶ Per iſtã ſcalã ad turrim peruenire cupiebat Dauid dicẽs pſal. lx. Spes mea turris fortitudo a facie inimici.

*ſpei laus*

¶ Licitũ eſt igitur oĩbus venire cupientibus ſub

preſſidio ⁊ turris tegmine perverã ſpem
aſcẽdere: quia teſte Augu. ſup pſal. ciij.
Qui gaudet in ſpe tenebit ⁊ rem: qui au
tem ſpem non habet ad rem non poterit
peruenire.

¶De prudentia. Cap. iiij.

Viſis fundamẽ
tis et ſcala: q̃ quidẽ cõponunt
⁊ trib⁹ virtutib⁹ theologalib⁹:
videlicet ex fide ſpe ⁊ charita
te. ¶Qua de cã ſup illis velociter trãſi
tũ feci: reliquũ vero ⁊ correctionẽ theo
logie profeſſorib⁹ ſubmitto. ¶Cõſequẽ
ter ad portas poſt ſcalam veniendũ eſt.
Prima: quarum eſt prudentia. Secũda:
vero fortitudo. De prudentia igitur vi
dendum eſt. ¶Eſt igitur prudentia ſm
Cice. lib. ij. rheto. Calliditas q̃ ratione
quadã poteſt delectum habere bonorũ
et malorum.

*Prudentie deſcriptio.*

¶Dicitur prudentia a ſen
tentia cuiuſdam artificij: et appellatur
prudentia multarum rerum: memoria ⁊
vſus plurium negotiorũ.

*Prudentia vnde dicitur.*

¶Prudentia
vero ſm Tho. ij. ij. q. xlvij. articu. xiij.
Illa dicitur vera ⁊ perfecta qua cõſilia
mur iudicam⁹ et precipim⁹: que ad bo
num finẽ totius vite humane pertinent
et ſolis bonis conuenit. ¶Sumpſit aũt
nomen a prudentia ſm eundẽ Tho. ij.
ij. q. xl. arti. vj. ¶Dicitur autẽ prudens
ſm Iſido. ethy. lib. x. quaſi porro proui
dens.

*Prudentie ethimologia*

¶Non ſine cauſa dicitur prudẽtia
obtinere locũ primi oſtij ſeu prime por
te: cum ſcriptum ſit. Prouerb. c. ij. Si ſa
pientiã inuocaueris et inclinaueris cor
tuum prudentie. Si queſiueris eã quaſi
pecuniã: et ſicut theſauros effoderis il
lam. Tunc intelliges timorẽ domini: et
ſcientiam dei inuenies: quia dñs dat ſa
pientiã: ⁊ ex ore eius prudentia ⁊ ſcien
tia. Cuſtodiet rectorũ ſalutem: et prote
get gradientes ſimpliciter ſeruans ſemi
tas iuſtitie: ⁊ vias ſanctorũ cuſtodiens.
Tunc intelliges iuſtitiaꝫ et iudiciũ ⁊c.

*Prudentia eſt prima porta turris iuſtitie.*

Et qꝺ prudẽtia ſit in ſapiẽte facit illud
qꝺ habetur in cap. Sapiens. de peni. di
ſtinc. ij. vbi dicitur. Sapiens eñ nunq̃
inanis eſt: ſed ſemper habens in ſe ami
ctum prudentie: qui poteſt dicere iuſti
tiam induebam: veſtiebam iudicium.
¶Nihil eñ diuinũ eſſe poteſt: niſi pru
dentia ac ſapiẽtia preditũ ſit prout ele
ganter dicit Plutar. in vita Ariſtotelis.

*Prudentia eſt i ſapiente.*

¶Prudentia eñ docet quomodo pre
ſentia ordines: quomodo preteritoruꝫ
recorderis: et q̃uo futura ꝓuideas. ꝓut
dicit Auguſt. in ſermo. de prudentia ad
heremitas. ¶Docuit eñ nos dñs eſſe
prudẽtes: ſicut ſerpentes ⁊ ſimplices ſi
cut colũbe. Mat. x. et trãſumptiue in ca.
qui eccleſiaſticis. xxxvj. di.

*Prudentie laus.*

¶Prudẽtis
enim propriũ eſt examinare cõſilia mul
torũ ⁊ non cito facili credulitate ad fal
ſa prolabi ſm Sene. lib. de quatuor vir
tutibus.

*Prudentie effect⁹*

¶Quot autẽ ſunt ſpecies pru
dentie? et reſpondeo ſm phm. vj. ethic.
et. iij. politi. Quod q̃nq̃ ſunt eius ſpe
cies? Prima dicitur monaſtica: per quẽ
quis regit ſeipꝫ. Secũda iconomica: per
quẽ quis regit vnã domũ vel vnã fami
liam. Tertia militaris: per quẽ quis re
git exercitum. Quarta politica: archite
ctanica: ſiue regnatiua: vel legis poſiti
ua: per quẽ quis regit ciuitatem vel re
gnũ. Quinta politica: ſcꝫ ſimpliciter di
cta ſubditorũ per quẽ bene ſe habẽt ad
conſeruationeꝫ pollicie bene ordinate.
¶Et hec de prudẽtia de qua ⁊ de ſapien
tia dicam in cap. penulti. lib. ij.

*Prudentie quinq̃ ſunt ſpecies.*

¶De fortitudine. Cap. v.

Secunda porta
eſt fortitudo: ſine qua prima
porta q̃ eſt prudẽtia eſt inuti
lis: prout dicit beat⁹ Grego
rius ſuper Ezechielem. home. iij. Quid
(inquit) prodeſt prudentia ſi fortitudo
deſit. Scire eñ cuiq̃ qꝺ non poteſt face
re pena magis q̃ virtus eſt. Sed q̃ pru
denter intelligit qꝺ agat: ⁊ fortiter agit
qꝺ intellexerit: iam proculdubio iuſtus
eſt. Item vna ſola virtutũ ſine alijs reti
neri nõ poteſt: prout dicit Augu. in lib.
de peni. Et tranſumpt. in ca. conſideret.
de peni. diſtinc. v. iuncta glo. ibidem in
verb. detrimentũ.

*Fortitudo eſt ſecũda porta turris iuſtitie.*

¶Eſt igitur fortitudo
ſm Tul. vete. rheto. lib. ij. cap. ix. Conſi
derata periculorũ ſuſceptio et laborũ
perpeſſio ſm vero phm. iij. ethi. Fortitu
do vera eſt per quẽ quis mediocriter ti
met ⁊ audet: ad hoc inclinatus ex habi
tu propter bonũ finẽ qui eſt cõſeruatio
boni cõmunis in periculis mortis. ſꝫ ve
ro Tho. ij. ij. q. cxxiij. ar. ij. Eſt firmitas
animi in ſuſtinendis et repellendis his
in quibus maxime eſt difficile firmitatẽ
habere propter bonũ virtutis.

*Fortitudinis deſcriptiones.*

¶Et di
citur a ferẽdo qꝺ equo animo ferat ad
uerſa vel a ferro qꝺ ſit dura fortitudo
ſm Plau. ⁊ Iſy. ethi. lib. x.

*Fortitudo vnde dicitur.*

¶De fortitu
dine eñ dicit Ambro. lib. j. offi. Et poſt
eum Tho. ij. ij. q. vbi. ſ. Qꝺ non medio
cris eſt virtus que ſola defendit alia or
namenta virtutũ aliarum ⁊ iudicia cu
ſtodit: et que inexpugnabili prelio ad
uerſus omnia vitia decertat: inuicta ad
labores: fortis ad pericula: rigidior ad
uerſus voluptates auaritiam fugat ⁊c.
¶De iſta etiã fortitudine dicit ꝓuerb.

*Fortitudinis laus.*

xxx.c. Leo fortiſſimus beſtiarū ad nulliꝰ pauebit occurſum. Dicit em̄ Grego. lib. mora. c. viij. Qđ iuſtorū fortitudo eſt carnem vincere proprijs volūtatibus ⁊ contrarie: delectationē vite preſentis extinguere: huius mundi aſpera pro eternis premijs amare proſperitatis blādimenta contēnere: aduerſitatis metum corde ſuperare. ¶ Fortitudo enim ſimpliciter eſt circa timores periculorū mortis circa vero alia eſt fortitudo ſm̄ quid. ꝓut Ariſt. Actus vero fortitudinis principalior eſt ſuſtinere. i. immobiliter ſiſtere in periculis ꝙ aggredi: q: vt dicit idē Ariſto. iij. ethi. In ſuſtinēdo triſtia maxime dicuntur aliqui fortes. ¶ Et notandum eſt qđ quindecim ſunt q̄ fortitudinē tam animi ꝙ corporis iuuāt. ¶ Primū eſt timor dñi. Prouerb. xiiij. c. In timore dñi fiducia fortitudinis. ¶ Secunduʒ eſt fides. ij. Paralip. xv. c. Cōfortamini et nō diſſoluētur manus veſtre. et. j. ad Cor. iij. Fortes facti ſunt in fide. ¶ Tertium eſt ſpes. Eſa. xxx. ca. In ſilentio et in ſpe erit fortitudo veſtra. ¶ Quartū eſt charitas. Frater qui adiuuatur a fratre: q̄ſi ciuitas firma. Prouerb. xviij. c. ¶ Quintum eſt ſapientia. Prouerb. xxiij. capitu. Uir ſapiens fortis eſt: et vir doctus robuſtus. ¶ Sextū eſt iuſtitia: ſine qua fortitudo eque non cenſeť virtus ſed vitiū: in auť. vt oēs obe. iudi. prouin. in prin. col. iiij. vbi đr. Nec fortitudinē que non eſt cū iuſtitia laudabimus ⁊c. et ibi vide no. tex. ¶ Septimū. Eleemoſyne ſeu beneficia. Proue rb. xxij. ca. Uictoriā et honorē acquirit qui dat munera: auruʒ em̄ frāgit fores adamātinas: vt dicit Poly. li. v. c. ix. ¶ Octauū oratio. Cū etem̄ eleuaret manus Moyſes vincebat Iſrael. Exo. xvij. ¶ Nonū tēperātia. Nulla aduerſitas deijcit: quem proſperitas nulla corrūpit. ꝓut dicit Greg. iij. moř. ¶ Decimū exercitatio. Ruſticꝰ em̄ habet neruos duros: et fortes lacertos hoc facit exercitatio. ¶ Undecimū exempla robuſtorū. vnde. ij. Macha. vj. hoc modo vita deceſſit eleaſurus memoria mortis ſue exemplum virtutis ⁊ fortitudinis relinquens. ¶ Duodecimū diſciplina corporis. Quid mirum (inquit Bernardus) ſi hoſte debilitato fortior effeceris. ¶ Tertiumdecimū maiorū exhortatio. vñ Hiero. ad Demetria. et habentur in. iij. par. epiſto. Pugilla fortitudo clamoribꝰ excitatur. ¶ Quartumdecimū laudes ducis exercitus cū ab eo milites de ſerenitate laudanť. vnde Titus liui. ij. ab vrbe cōdi. Addebantur ⁊ laudes quibus haud minus ꝙ premio gaudent militū animi.

Fortitudinis effectus.

Fortitudinē qndecim iuuant.

Aurū frāgit fores adamantinas.

¶ Quintūdecimum ſi habeatur notitia qđ hoſtes territi ſunt. Judi. vij. Confortabuntur manꝰ tue: ⁊ ſecurior ad hoſtiū caſtra deſcendes: nam ſubita bella conturbant. ¶ Et hec de fortitudine. Et conſequēter de duabꝰ portis de quibꝰ habeť pſal. cxvij. Apite mihi portas iuſtitie ⁊c.

## ¶ De ſilentio. Cap̄. vj.

In turri iſta iuſtitie eſt vna apertio: ſeu vnū foramen: per qđ bōbarde ſeu falcones trahunt ad defenſionem turris: quādo opus eſt. ¶ Et per dictam apertionē intuitur pars interior dicte turris: in qua quidē interiori parte inſpicitur ſilentiū eſſe depictum ⁊ nō immerito: quia iuſtitia cultū ſuum perdit: quādo ſilentia iudicij obſtrepentiū turba cōfundit dicente dño per ꝓphetā Eſa. Erit cultꝰ iuſtitie ſilētiū. Eſa. xxxij. c. Et trāſumpt. in. c. fi. v. q. iiij. ¶ Silētiū em̄ ſm̄ Lu. de pen. i. l. fi. de ſenſi. ⁊ ſen. li. xj. C. nihil eſt. Sed vbi vox nulla eſt ſilētium dicitur. ¶ Deriuatur em̄ a ſileo qđ eſt idē qđ taceo. et eſt fictū verbū ab s litera q̄ nota ſilentij eſt ſm̄ Nico. pero. in Cornucop. in prin. Unde in lucis literarijs publiciſq; conuentibus dum volunt ſilentiū indicere s literā quaſi ſibilādo pronūciant. ¶ Differt tamen ſilentium a taciturnitate ſm̄ Seruiū. Quia ſilere diciť qui nondū cepit loqui: tacere vero qui iam cepit. ¶ In quiete enim ⁊ ſilentio veritas melius intuetur vt colligiť in. d. c. In loco. verba em̄ ſapientum ſeu iuſtitie aut cōſilij potiſſime iuriſperitorum in ſilentio ſunt audienda. Eccl'ſ. ix. ca. Et cū taciturnitate intenta. Job. xxix. Intenti tacebant ad conſiliū meū. Qui vero ſilentiū perturbauerit eijcietur et excōmunicetur. d. c. In loco. Item diminutionem fame patietur. in. c. Infantes. in. §. Si q̄s adeo. iij. q. vij. Jure ciuili talis perturbatur ſilentij capite punitur. prout eſt tex. nota. in. l. Denūciamus. C. de his qui ad eccle. confugi. ¶ Equitas enim petitionis eſt cōmendanda iudici ſine verborū atrocitate. l. Si manumiſſori. de obſeq. patro. preſt. C.

Silētiū in iteriori ꝑte turris eſt depictum.

Silentiū quid ſit.

Silentiū vnde đr.

Silentij laus ⁊ effectus.

Silentiū turbātes qualř puniuntur.

## ¶ De religione. Cap̄. vij.

De lapidibus poſtmodū videamus. Sūt autem principales partes ſeu lapides turris iuſtitie ſex: ſm̄ Ciceronem veteris rhetorices. lib. ij. cap̄. penulti. videlicet religio: pietas: obſeruantia: que includit obedientiam; veritas: gratia: et vin=

Juſtitie ſex ſunt partes.

dicatio.Quas quidē ſex partes videtur
etiam attribuere iuſtitie beatus Tho=
ij.ij.q.lxxx.arti.j.de quibus partib⁹ ſeu
lapidibusvidendū eſt ſeriatim.¶Et pri
mo de religione.¶Eſt igitur religio ſm
Cicero.vbi.ſ.virtus que ſuperioris cu=
iuſdam nature:quam diuinā vocant cu
ram cerimoniāq; affert.¶Tripliciter
eīm deriuatur ſm Tho.ij.ij.q.lxxxj.ar.j.
¶Primo dicitur a reeligēdo: ſcilicet ea
que ſunt diuini cultus:quia huiuſcemo
di ſunt frequenter in corde.iuxta illud
Prouerb.ca.iij.In omnibusvijs tuis co
gita illum.¶Uel ſecūdo dicitur a reeli=
gendo:quia deuꝫ reeligere debem⁹ quē
amiſeramus negligentes ſm Aug. lib.
x.de ciuita.dei.¶Uel tertio dicitur a re
ligando:quia nos religat omnipotenti
deo ſm Pap.et Augu.lib.devera relig.
¶Qualiter autem diuerſimode accipia
tur.vide infra.in.ij.lib.ca.antepe. ¶Re
ligio eīm prout dicit Hug. de clauſt.ani
me.lib.j.Multa beneficia cōfert.Eſt eīm
abundans pauperi mediocri ſufficiens:
tolerabilis diuiti:infirmis larga:delica
tis compatiens : fortioribus moderata:
penitentibus miſericors:peruerſis ſeue
ra:et bonis optima. ¶Religio eīm ſm
Jaco.in cano.ſic deſcribiť. Illa eſt reli=
gio munda ꝛ immaculata apud deū viſi
tare pupillos et viduas in tribulatione
eorum:et immaculatum ſe cuſtodire ab
hoc ſeculo.¶Siue etēīm religione vita
hominū ſtultitia ꝛ immanitate comple=
tur.prout eleganter dicit Lactan.fir.li.
de ira dei.c.viij.circa fi.Item idē fir.ibi=
dē.c.xij.dicit qđ religione iuſtitiaq; de=
tracta ad ſtultitiam pecudum amiſſa ra
tione deuoluimur.¶Qualiter aūt acci=
piatur. vide per Bar.in.l. Cunctos po=
pulós.de ſum.trini.et fi.ca.C.in.ij. col.
iiij.oppoſitiones.et per Barba. et Phi=
lippū deciū.in.c.In eccleſiarum.col.vj.
iiij.queſt.principali.de conſti.

Religio=nis deſcriptio.

Religio vnde dr.

Relgio=nis beneficia

Religio=nis munde et im=mucula=te alia deſcriptio.

Religio q̄liter accipitur.

¶De pietate. Cap̄.viij.

SEcundus la=
pis iſti⁹ turris eſt pietas.
¶Que ſic deſcribitur ſm
Tulliū vbi ſupra.ꝛ Tho.
ij.ij.q.lxxx.artic.j. Eſt per
quam ſanguine iūctis:patrieq; beniuo=
lis officium ꝛ diligens tribuitur cultus.
¶Dicit enim idem Tho.ij.ij.q.cj.arti.
iij.Quod pietas eſt ſpecialis virtus. Et
principaliter eſt ad parētes ꝛ ad patriā
in quibus includuntur omnes conſan=
guinei ciues: amici patrie. ¶Poteſt ta=
men ſumi pietas tripliciter.¶Uno mo=
do proprie pro cultu diuino.prout dicit
Augu.lib.de ciuita.dei.¶Secundo mo
do dicitur pietas improprie ipſa miſeri
cordia. vnde Augu.vbi.ſ.More vulgi
in operibus miſericordie nomē pietatis
frequentatur. ¶Tertio modo ſumitur
pietas proprie.p cultu ꝛ honore q̄ exhi
betur parentib⁹ ꝛ patrie:ꝛ ſic ſm diffini
tionem Tullij.vbi.ſ.Facit ad caſum di
ctum archid.in ca. ſi quelibet.xxij.q.ij.
¶Ad veram eīm pietatē ſequendam nō
ſufficit bella neſcire:concordiā cū omni
vi ſeruare:omnes homines tā inimicos
q̄ amicos pro fratrib⁹ diligere cohibe=
re iram:omnēq; animi furorem trāquil
la moderatione lenire: niſi veri dei cul=
tus ſeruetur:prout dicit Lactan.fir. lib.
v.ꝛ.x.Merito(inquit ip̄e) huiuſcemodi
pietatē pena conſequitur:ꝛ offenſa diui
nitas ſcelere hoim praue religioſorum
graui eos infortunio mactat. Qui licet
ſactis morib⁹ viuant in ſumma fide atq;
innocentia:tamē quia deos colunt quo
rum ritus impios ac prophanos de⁹ ve
rus odio habet a iuſtitia:ꝛ a numine ve=
re pietatis alieni ſunt. ¶Pietas autem
nihil aliud eſt q̄ dei notio ſicut Trime
giſtus veriſſime deſcribit. prout refert
idē Lact.eo.li.c.xv.vbi etiā dicit qđ pie
tas ꝛ equitas ſunt vene iuſtitie.Itē pie=
tas eſt mater boni operis. put dicit Gre
go.et habetur in.d.c.ſi quelibet.xxij.q.
ij.¶Et ideo dicebat Paul⁹.j.ad Thim̄.
iiij.ca.Exerce teipſum ad pietatem:nam
corporalis exercitatio ad modicum vti=
lis eſt:pietas autem ad omniavtilis eſt:
promiſſionē habens vite que nunc eſt: ꝛ
future.Super quo Ambro. Pietatē ſe=
quens(inquit)ſi lubricū carnis patiať:
non peribit:quia per hoc qđ aliq̄s pie=
tatis operibus vacans in peccato mor=
tali ſe diſponit ad gratiam:vt non faci=
le permittatur ire in perditionē.¶Non
eſt eīm qđ ſic homines vt pietas mentis
ꝛ bonitas que tota in chriſtiano eſſe de=
bet.prout dicit Hieroñ.in epiſto.iij.par
te.tract.v.epiſt.xviij. ¶Nec eſt eſtiman
dum pietatem ſolummodo conſiſtere in
his que pertinent ad miſericordiaꝫ ſeu
liberationē.Cum conſiſtat etiam in cri=
minum punitione. ¶Non eſt enim cru=
delitas crimina pro deo punire: ſed pie
tas.in ca.legi.xxiij.q.viij. Pietas enim
(vt ſupra diximꝰ)proprie debetur parē=
tibus:vt habetur in capitulo ſexto die.
vltra medium.xxxv.diſtinctio. ¶Sicut
obſequium in patronis.in cap̄. longin=
quitatem.xxij.q.ij.Et obedientia prin=
cipi et prelatis.in capitu.Si quis vene=
rit.et in cap̄.omnes principes.de maio.
et obedien.Itē debetur reuerentia:illis

Pietatis dſcriptio

pietas p̄ncipal'r eſt ad parentes ꝛ pa=triam.

pietas ſumitur tripliciter.

Pietas ꝛ equitas ſunt ve=ne iuſti=tie.

Pietatis laus.

pietas cō ſiſtit ī criminū punitione.

obſeq̄uꝫ p̄rono debeť:obe=diētia p̄n cipi.

Reuerentia q̄bus debetur.

principibꝰ poteſtatibꝰ in.c.dicat aliq̇s.
xxiij.q.v. ¶Itē ſenibus.l.fi.ff. de fi. in=

*Honoꝛ patri ⁊ matri debeṫ. Fidelitaſ dn̄is a vaſallis debeṫ: cliētulo ab aduocato: infirmo a medico: ⁊ pupillo a tutoꝛe.*

ſtru. honoꝛ patri ⁊ matri.xxx.diſt.ca.j.
¶Fidelitas dominis a vaſallis.i ca.de
foꝛma.xxij.q.v. ¶Fides cliētulo ab ad=
uocato.l.q̇ſquis.poſt pꝛīn.de poſtu.C.q̄
etiā dꝫ haberi infirmo a medico.l. me=
dicus.ff.de varijs ⁊ extraoꝛ.co. ¶Item
pupillo a tutoꝛe.in auṫ.vt hi q̇ obliga.
.§.ſed ſi quis. col.vj.⁊ ſic de alijs. ¶Ad
propoſitū aūt redeūdo dicēdū eſt ꝙ pie
tas olīꝫ pꝛo dea Romani colebāt pꝛout
refert Nico.pero. In coꝛnuco.epi. xvj.
Et dꝛ pietas (ꝑut doctiſſimi veteres tra
diderūt) ꝙ q̄ in ea ſunt: penitꝰ ⁊ in pene
tralibus recōdanṫ. Accipiṫ aliq̄n pietas
pꝛo ſciētia ſanctarū ſcripturarū.in.c. ſi
quis artē.xxxvij.diſt. Et hec de pietate.

*Pietas olim ꝑ dea habita.*

¶De obſeruantia ⁊ obediētia. Ca.ix.

# TErtius lapis

turris iſtiꝰ eſt obſeruātia:
q̄ ſm̄ Tulliū veteris rhe=
toꝛice.c.ix. ſic deſcribitur.
Eſt (inq̇t) Obſeruātia per
quā hoīes aliqua dignitate anteceden=
tes: cultu quodā ⁊ honoꝛe dignanṫ. ſm̄
vero Tho.ij.ij.q.cij.ar.ij. Eſt virtꝰ ſpe=
cialis per quā honoꝛanṫ perſone in di=
gnitate cōſtitute ⁊ ſic cū Tullio cōcoꝛ=
dat.

*Obſeruātie deſcriptio.*

¶Obſeruare tn̄ aliq̄n ꝑ callide ad
uertere accipiṫ.vnde Terē. in Andria.
Obſerues filiū quid cū illo conſilij ca=
ptet. ¶Accipiṫ aliq̄n pꝛo expectatione:
ſeu pꝛeſtolatione.l.ſi quādo.C.de teſti.
¶Accipiṫ etiā pꝛo cura.l.ij. et decurio.
li.x.C. Accipiṫ etiā pꝛo cuſtodia.l.fi. de
ſum.trinīṫ.⁊ fide catho.C.⁊.l.j.de ſpoꝛt.
C.de verbo. obſerua.vide tex.in.l.filiā.
ff.de auro ⁊ argen. lega.l.ij. de vſucap.
pꝛo empto.C. Obſeruātia etiā aliq̄n ſu
miṫ ꝑ vſu: ⁊ cōſuetudine nō ſcripta: ꝑut
no.abbas Pan̄.i.c.cū cām.j.col.de elec.

*Obſerua re multipliciter accipitur*

SEd qꝛ obediētia in obſeruātia in=
cludiṫ: pꝛout dicit Th.ij.ij.q. lxxx.
ar.j. ideo de illa videamꝰ. Et dicēdū eſt
ſm̄ ange.de cla.i ſum.qꝺ duplex eſt obe
diētia: vcꝫ obediētia q̄ debeṫ deo: ⁊ obe
diētia q̄ debeṫ hoībꝰ. ¶Que em̄ deo de=
betur ab Anſel.ſic deſcribiṫ.eſt affectio
volūtatis cōiuncte deo. ¶Que vero ho
minibꝰ debetur ſic deſcribiṫ ab Aug.li.
queſtionū.Gen̄.⁊ trāſump.habeṫ in.ca.
eſt oꝛdo.xxiij.q.v. ¶Eſt inquit oꝛdo na
turalis in hoībꝰ: vt ſeruiant femine vi=
ris: (qꝺ minime obſeruaṫ) ⁊ filij parēti=
bus: qꝛ in illis hec iuſtitia eſt vt maioꝛ=
ri ſeruiat minoꝛ. Opoꝛtet tn̄ magis deo
obedire q̄ꝫ hoībꝰ: ꝑut dꝛ Actu.v.c.in.c.ſi
dominꝰ.xj.q.iij.in.c. Iuratos.xv.q. vj.

*Obediētia in obſeruantia includiṫ. Obediētia duplex eſt. Obedientie deſcriptiones. Obedire plꝰ deo debemus q̄ꝫ hoībus.*

¶Obedientia vero ſm̄ Ioan. damaſce.
li.iij.c.iiij.generaliter ſic deſcribiṫ. Eſt
volūtatis ꝑpꝛie ſubiectio. Greg.em̄. li.
xxxv.moꝛal.tractans illud.j. Regū.xv.
Melioꝛ eſt obediētia q̄ꝫ victime ſic ait.
Obedientia ſola virtꝰ eſt q̄ mēti ceteras
ꝟtutes inſerit: īſertaſq; cuſtodit: ⁊ ſola
ſibi meritū obtinet.in.c.ſciēdū.viij.q.j.
¶Obediētia em̄ (vt ꝑmiſimꝰ) ſub obſer
uātia cōtinet ⁊ hoc inquātū ꝓcedit ex re
uerētia ꝑlatoꝝ: inquātū vero pꝛocedit
ex reuerētia parentū: ſub pietate conti=
netur: inquantū vero pꝛocedit ex reue=
rentia dei: contineṫ ſub religione: ⁊ per
tinet ad deuotionēꝫ que eſt pꝛincipalis
actꝰ religiōis vnde ſm̄ hoc laudabilius
eſt obedire deo q̄ꝫ offerre ſacrificiū. Et
ſic ſub diuerſis virtutibꝰ cōtineṫ. ¶Se
cundū tn̄ ſe cōſiderata ꝑut reſpicit rō=
nem pꝛecepti. Eſt vna virtꝰ ſpecialis ſm̄
Tho.ij.ij.q.ciiij.ar.iij. Qualiter aūt ge
neraṫ obediētia.⁊ dic ſꝫ btm̄ Hiero. ad
C.theſiphontē vꝛbicū. Et habeṫ in. iij.
par.epiſto.tracṫ.j.epiſt. ij. Qꝺ ex animi
cōſilio: nō ex coꝛpoꝛis materia pꝛocedit
cū ſit incoꝛpoꝛalis. ¶Obedientia enim
(ꝑut dicit Archid.in.d.c.ſciēdū) dicitur
habere nouē cōditiones: vcꝫ vt libenter
fiat ſine murmuratiōe coꝛdis. Acṫ.ix.c.
Quid me vis facere. ¶Scꝺa humiliter
ſine vocis cōradictione. Oſee.iiij.c. Po=
pulus tuus ſicut hi qui cōtradicūt ſacer
doti. ¶Tertia cōditio vt fiat celeriter:
ſine dilatione. Eſa.viij.c. Uoca nomē eiꝰ
celeriter. ¶Quarta vt fiat hilariter ſine
vultꝰ triſtitia ⁊ meroꝛe.ij.ad Coꝝ.ix.c.
Nō ex triſtitia aut neceſſitate: hilarē em̄
datoꝛē diligit deꝰ. ¶Quinta vt fiat inte=
graliter ſine operis diminutiōe. Ioā.v.
Oia q̄ ꝑcepiſti mihi pater faciā. ¶Se=
xta fiat ſimpliciter ſine mādati nimia di
ſtinctione.ps.in auditu auris obediuit
mihi. ¶Septima vt fiat pꝛudenter ſine
erroꝛe. Actu.v.ca. Opoꝛtet magis obe=
dire deo q̄ꝫ hominibꝰ. ¶Octaua vt fiat
veraciter ſine fictione. ad colloſſē.iij.c.
Non ad oculū ſeruiētes: quaſi hominibꝰ
placentes. ¶Nona vt fiat perſeuerāter
ſine intermiſſione.ad Philip.ij.c. Factꝰ
eſt obediēs vſq; ad moꝛtē. ⁊ beatꝰ Ber=
nar. dicit ꝙ verꝰ obediēs neſcit moꝛas:
nec mādato ꝑcraſtinat: ſed aures parat
auditui: oculos viſui: manus operi: pe=
des itineri. Et ſic ſe totū interiꝰ colliget
vt imperātis exterius impleat volūtatē.
¶Quo aūt iure introductū ſit ꝙ hō ho=
mini ſeruire debeat? Reſpōdēdū eſt ſm̄
Tho.ij.ij.q.ciiij.arti.j. Qꝺ iure natura
li: ⁊ diuino itroductū eſt: dicit em̄ Greg.
c.ylṫ.moꝛaliū. qꝺ dū aliene voluntati

*Obedientia aliq̄n ſub pietate ꝯtineṫ. Obedientia qualr generaṫ. Obedientia habet nouē conditione. Obedientia quo iure introducta.*

nos humiliter ſubdimur noſmetipſos in corde ſupam⁹. Et facit illud qđ habet ad Heb.c.vlt. Obedite ꝑpoſitis veſtris. ⁊ ad Roma.xiij.c. Oīs aīa poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: de laude aūt obediētie ⁊ bonis illius vide in regula monachorū beati Hieron:ymi.in.ij.c.

¶De gratia. Ca.x.

Gratia deſcriptio.

Gratia conſequenter eſt quartus lapis turris iuſtitie q̄ ſm Tulli. li.ij.veteris rheto.c.ix. ſic deſcribit. Eſt in qua amicitiarū et officiorū alterius memoria et remunerādi voluntas continet: dicit eñ Tho.ij.ij.q.cvj.ar.j.qđ gratia eſt ſpecialis virtus reddens gratiā benefactori. ¶Qualiter aūt diuerſimode ⁊ multipliciter ſumat vide p archyđ.in ca.gr̄a. j.q.j. dicit btūs Tho.ij.ij.q.cvj.artic.j. qđ gr̄a in q̄tuor inuenit. ¶Primo ⁊ principaliter inuenit in deo cauſa debiti: eo qđ ipſe primū principiū eſt oīum bonoꝝ noſtrorū. vnde.j.ad Corin.iiij.ca. Quid habes qđ nō accepiſti ſcȝ a deo⁹. ¶Scđo inuenit i patre: eo ꝙ eſt proximū noſtre generatiōis ⁊ diſcipline pricipiū. ¶Tertio inuenit in perſona: q̄ dignitate precellit. Ex qua cōmunia beneficia procedunt. ¶Quarto autē in aliquo benefactore a quo aliqua particularia ⁊ priuata beneficia percipiunt: pro quibus particulariter ei obligamur. ¶Gratia enim ab apoſtolo.ij.ad.Ephe. preponit pace: quod refert beatus Hiero. ſuper pſ. lxxxix. incipien. domine refugiū. Et hec de gratia.

Gratia ſumit multipliciter

Gratia in quatuor inuenitur

¶De veritate. Ca.xj.

veritatis multiplex deſcriptio.

Quintus lapis turris iuſtitie eſt veritas: q̄ ſm Tullium vbi.ſ. ſic deſcribitur. Eſt (inquit) per quā immutata ea q̄ ſunt: aut ante fuerūt: aut futura ſunt dicunt. ſm vero philo.ij.metha. Eſt adequatio rei ad intellectū. ¶De terra eñ ſumpſit originē ꝙ teſtat pſal. pſalmo. lxxxiiij. veritas (inquit) de terra orta eſt. Dicit etiā veritas tēporis filia ſm Aulū gel. noct.atti.lib.xij.ca.xj. circa fin. ¶Veritas eñ valet ⁊ vincit ⁊ viuit ineternū: ⁊ obtinet in ſecula ſeculorū: prout dr̄ in.c. cōſuetudo.viij.diſt. Et nō vitiat geſtoꝝ erroribus.l.illicitas.in.§.veritas.ff. de officio preſi. ¶Quē etiā celare peccatū eſt in.c.j.⁊.c. delictorū. de teſti.cogē. ad hoc facit qđ no. Jaſon in.§. fina. circa fi. iſti, de actio. vbi allegat iuriſcōſultū. in l. hereditatū.§.fi.ff.ad.l.fal. ¶Triplex vero diſtinguit veritas ſm tho.ij.ij.q. cix.ar.iij. ¶Prima eſt veritas vite que oſtendit in eo qđ dicit dñs veritas mea. i.q̄ eſt a me: ⁊ quā poſſideo. ¶Veritas tñ a quocunq̧ dicat: a ſpūſancto eſt ſm Ambr. ¶Secunda eſt veritas doctrine: de qua idē Tho.vbi.ſ. dicit ꝙ hec cōſiſtit in quadā manifeſtatione verborūȝ: eorū de quib⁹ eſt ſcientia. Unde directe nō pertinet ad virtutē veritatis ꝑut eſt virt⁹ ſpecialis: vt q2 ſacra ſcriptura veritas eſt: vnde Jo.xvij.c. Sermo tu⁹ veritas eſt. ¶Tertia eſt veritas iuſtitie de qua Tho.vbi.ſ. Veritas iuſtitie eſt ſm qđ aliq̄s rectitudinē legis in iudicijs: q̄ ſunt ad alterū ſeruat. ¶Veritas enim cōuenit cū iuſtitia in duob⁹: prout dicit idē vbi.ſ. ¶Primo modo in hoc qđ eſt ad alterū manifeſtatio quā diximꝰ eſſe actū veritatis: ad alterū aūt eſt ſcȝ ea q̄ circa ipſum ſunt vn⁹ homo alteri manifeſtat. ¶Secundo mō inquātuȝ iuſtitia equalitatē quādā in rebus cōſtituit. Et hoc etiā facit virtus veritatis: adequat eñ ſigna rebus exiſtentib⁹ circa ipſum. ¶Tres aūt gradus: ſeu ſtatus ſunt veritatis: ſm Bernar.li. de gradi. humili. ¶Ad primū aſcēdimus per laborē humilitatis. ¶Ad ſcđm p affectū cōpaſſionis. ¶Ad tertiū per exceſſum contēplationis. ¶In primo veritas reperit ſeuera. In ſcđo pia. In tertio pura. ¶Veritas etiā e latebris etiam diuerſis cruciatibus religioſus tortor: id eſt iudex exigere debet pront dr̄ in.c. illi q̄.v.q.v. Et cōpellitur q̄s loqui veritatē recōditā in horreo cordis ſui: prout not. archi. in.c. ſi forte. de elec.li vj. ¶De veritate eñ legitur zacha.viij.c. Nolite timere: hec ſunt verba q̄ facietis. Loquimini veritatē vnuſquiſq̧ cū proximo ſuo: veritatē ⁊ iudiciū pacis iudicate in portis veſtris: ⁊ iuramētū mēdax ne diligatis: ⁊ ibidē veritatē tātū paceq̧ diligite. Et ideo dr̄ Eccl'i.xxxvij.c. deprecare altiſſimum. vt dirigat in veritate viam tuam.

Veritas vnde orta eſt.

Veritas temporis filia.

veritatis laus.

Veritas triplex ē.

Veritas cū iuſtitia in duob⁹ conuenit.

veritatis tres ſunt gradus.

Veritas e latebris extrahi debet.

¶Vindicatio. Ca.xij.

Vindicationis deſcriptio.

Sextus ⁊ vltimus lapis eſt vindicatio: q̄ ſm Tulliū rheto.vete.c.ix. ſic deſcribit. Eſt p quā vis aut iuria ⁊ omnino oē qđ obfuturū eſt.i. iniurioſum defendendo aut vlciſcēdo propulſatur. ¶Hec virt⁹ eſt maxime neceſſaria habēti poteſtatē: ſeu prelationē: ſcȝ puniat crimina: vnde ad Rom.xiij.c. Miniſter dei eſt: ſcȝ iudex quicūq̧ vindex in irā ei qui malū fecit.j.

Vindicatio cui ſit neceſſaria.

Petri.ij.c. Subditi eſtote omni creature humane propter deũ: ſiue regi quaſi precellenti: ſiue ducib⁹ tanꝗ̃ a deo miſſis ad vindictã malefactorũ.i.punitionem: laudẽ vero bonoꝝ. Eſt aũt vindicatio tantũ virtuoſa ⁊ licita inquãtũ tendit ad cohibitionẽ maloꝝ: cohibenẗ aũt aliq̃ a peccãdo q̇ affectũ ꝟtutis nõ habẽt per hoc ꝙ timẽt amittere aliqua q̃ plus amãt ꝗ̃ illa q̃ peccando adipiſcunẗ ſm Tho.ij.ij.q.cviij.ar.iij. Dicit etiã idem Tho. ibidẽ arti.ij. circa fi. ¶ Qđ virtus iſta cõſiſtit in medio duorũ vitiorũ: ſcʒ crudelitatis: ⁊ ſeuitie ſm exceſſum: ⁊ remiſſionis ſm defectũ. Debet eñ homo ſm oẽs circunſtantias debitã menſurã in vindicãdo conſeruare: itaꝗ̃ pena ſeu punitio zelo iuſtitie ꝓcedere debet: ꝓut dicit Archid. in ca. ea vindicta.xxiij.q.iiij. Ubi etiã dicit idẽ Archi. ꝙ ea vindicta laudãda eſt q̇ eo animo infertur: vt ille q̇ infert maiorẽ penã parat⁹ ſit ſubire: ſi ſimili delicto ſubiaceat. ¶ Licita eſt igiẗ vindicta q̃ introducta eſt ne crimina remaneãt impunita. vt. ŝ. diximus. ⁊ ad hoc facit. c. nullus debite. ⁊ ſing. in c. ſi peccatũ. de peni. diſt. j. vnde Hier. in epiſt. ad Ruſticũ monachũ nulli parcas: vt ſoli parcas anime tue. facit. c. Illud. in fi. xxiiij.q.iij. ¶ Semꝑ eñ attẽdendũ eſt qđ vitia hoim corrigatur. in. c. prodeſt.xxiij.q.v. Nemo eñ (vt Plato ait) punit: q2 peccatũ eſt: ſed ne peccet: reuocari eñ preterita nõ poſſunt futura tñ prohibenẗ per tormentorũ terrorem. l. aut facta. §. fi. ff. de penis. ¶ Eſt eñ vlciſcendi ⁊ puniẽdi modus: prout dicit idẽ Cicer. j. offi. Atꝗ̃ (inq̇t) haud ſcio an ſatis ſit eũ q̇ laceſſerit iniurie ſue penitere: vt et ipſe ne q̇d tale poſt hac cõmittat: ⁊ ceteri ſint ad iniuriam tardiores.

Uindicatio q̃ virtuoſa ⁊ licita ſit.

Uindicatio in medio duoꝝ viciorum conſiſtit.

Uindicatio eſt moderanda.

Uindicationis laus.

¶ Honeſte viuere quid ſit. Ca. xiij.

¶ Undecimo proſunt pupillo:vt donare poſſit: et vt neceſſarijs perſonis alimẽta preſtare debeat.l.cũ plures.ff.de adminiſtratiõe tutoꝝ.¶ Duodecimo ꝓſunt pupillo in alimentis decernendis.l.j.ij.⁊.iij.ff.vbi pup.edu.debeat.¶ Decimotertio ꝓſunt in dote cõſtituenda filie.l.qro.ff.de iure dot.¶ Decimoquarto proſunt in alimẽtis cõſtituendis:qñ nõ eſt determinatũ.l.penul.in prin.ff.de alimen.lega.¶ Decimoquinto proſunt in legato indeterminate relicto.l.quidem.ff.de legat.ij. ¶ Decimoſexto proſunt in trãſactione

alimentorum. l.cū hi.§.perſonarū. ff. de trā ſac. Et multa alia priuilegia habent q̄ ad longū recitant per Berto.cepol.in tract.de imperatore.§.diuitijs.vbi enumerat.xxx.priuilegia. ¶Conſequenter eſt videndū de elemoſyna. Eſt igitur elemoſyna ſm Tho.ij.ij.q.xxxij. articu.j. Opus in quo datur aliqd indigēti ex cōpaſſione propter deū.⁊ dicit ab eleo:qđ eſt verbū grecum: ⁊ ſignificat miſereor. cuius imperatiuus eſt eleyſon:qđ eſt miſereri. ¶De iſta elemoſyna dicebat Ambro.in ſermo.q̄ legitur in.iij.de aduētu. ꝙ etiā refert Jo.de ana.in.c.fi.in.iij.colla.de maledi. Nullum(inquit) tam graue delictū eſt qđ nō purget abſtinētia: ⁊ elemoſynis extinguatur.dicēte propheta. Sicut aqua extinguit ignē:ita elemoſyna peccatum.⁊ ideo dicit idē de ana. ibidē magna eſt elemoſyna q̄ ardentiū criminū glebas beniuolētie ſue fonte refrigerat:⁊ quedā in igne charitatis obruit incēdia delictorū. vt ꝙuis offenſus deus:ꝙuis criminibus prouocatus: cogatur liberare elemoſynis: q̄ diſpoſuerat punire peccatis. Et facit idē qđ not. idē Jo. de ana.ſup.c.iterfeciſti.ij. colla. de homici. ¶Et eſt notādū ꝙ duplex eſt elemoſyna: vna cordis: ⁊ alia corporalis.in.c.due ſunt.xlv.diſt. ¶Elemoſyna aūt cordis ſubdiuidit in ſeptē.ꝑut dicit Archi.in.d.c.due ſunt: videlicet docere ignorantē:conſulere dubitanti:conſolari triſtē:corrigere peccantē:remitere offendenti:portare oneroſos:⁊ graues: et pro oibus orare.iuxta illud. Cōſule:caſtiga:ſolari: remitte:fer:ora. ¶Jtē elemoſyna corporalis ſimiliter ſubdiuidit in ſeptē:vcꝫ. Paſcere eſurientē: potare ſitientē:veſtire nudū:recolligere hoſpitem:viſitare infirmū:redimere captiuū: ⁊ ſepelire mortuū. Unde verſus. Uiſito: poto:cibo:redimo:lego:colligo:condo. ¶Jtē pōt dici ꝙ elemoſyna eſt triplex: ¶Prima eſt q̄ cōſiſtit in cordis cōtritione:qñ aliqs ſeipſum deo offert.iuxta illud Eccli. xxx. Miſerere aie tue. Et Eccleſiaſtes tertio. Jgnē ardētē extinguit aqua:⁊ elemoſyna reſiſtit pctis. ¶Secunda cōſiſtit in cōpaſſione proximi : qꝛ compatimur alienis aduerſitatibꝰ:tāꝗ̄ noſtris.vñ Job.xxxj.c. Mecū creuit miſeratio: ⁊ ab vtero matris mee egreſſa eſt mecū. Tertia conſiſtit in largitione manuali:⁊ aduocatione quā debēt preſtare aduocati in cauſa miſerabiliū perſonarū:cura corporali ⁊ ſpūali:⁊ habet in quocūꝗ̄ cōſilio ſeu ſubſidio:qđ impēditur proximo de hac habetur in euange.Lu.xj.c.date elemoſynam: ⁊ omnia munda ſunt vobis.facit.c.paſce.lxxxvj. diſt.Archi.in.c.q̄ vult.de pe di.iij. ¶Jn dandis etem̄ elemoſynis tria ſunt cōſideranda. prout dicit ibidē Archid. vcꝫ iuſtum:ordo:⁊ intentio.iuſtū:vt de iuſto fiat:nō de illicite acquiſitis.in.c.non eſt putāda.j.q.j.⁊ ibi late ꝑ eundē Archid. no. Abbas.Panor. in.c. Quia in omnibus.de vſu. Ordo:vt primo ſibi: deinde proximo.vt.d.c.Qui vult.l.Preſes.C.de ſeruitu.⁊ aqua.not.Panor.in.c. j. de ſacra vnct. De ordine autē faciēdo in elemoſyna vide tex.in.c.Non ſatis.lxxxvj. diſt.glo.in.c.Quieſcamus.xlij.diſt.in.c. omnino.xxxj.diſt.⁊ Panor.in.c.j.de cohа.cleri.⁊ mulie. Jntentio recta vt fiat propter deū:nō ad vanā gloriā.no. Panor.in.c.j.in glo.ij.de collu.detegen. Et ideo elemoſynā dans vel ſuſtinens martyrium ad pompā:peccat ⁊ nō meretur: ſed demeret. facit glo.in.c.vide quātū. j q.j.⁊ tex.in.c.odi.⁊ proieci.xxiiij. q.j. facit etiā.c.Relegantes.xxiij.q.v. ¶Jtē notandū eſt ꝙ elemoſyna decē bona cōfert.prout no.Lu.de pen.in rub.de mendican.vali.col.fi.lib.xj.C. Primo a debito liberat: cū ad hoc teneamur. in ca. in ſingulis.lxxxvj.diſt.⁊ Eccli.iiij.c. Declina pauperi ſine triſtitia aurē tuā:⁊ redde debitū tuū. Secūdo abſoluit elemoſyna ab omni peccato:⁊ a morte liberat. Thobie.iiij.⁊.xij.c.⁊ prouerb. xv. Per miſericordiā ⁊ fidē purgantur peccata: ⁊ redimit iniquitas.ibidē.xvj. immo in hoc eſt precipua ⁊ pre ceteris potentior medicina.prout dicit Jo.de ana.in. d.c. fina.de maledi.in.iij. col. Tertio aiam mūdificat.Luce.xj.c. Date elemoſynā:⁊ oia munda ſunt vobis.in.c.Nō cogant. xlj.diſtin. Quarto amicos multiplicat. Lu.xvj. Facite vobis amicos:de māmona iniquitatis. Quinto inimicos expugnat. Eccli.xxix Super ſcutū potentis: ⁊ ſuper lanceā aduerſus inimicū pugnabit tuū. Sexto locū i celo preparat. Prouer.xviij.donū hoīs dilatat viā eius: et ante principē ſpaciū ei facit. Septimo gratiā cōſeruat.Eccli.xvij. Gratiā hoīs quaſi pupillā oculi cōſeruauit.⁊ ibi vide plura notatu digna de elemoſyna. Octauo:abūdātiā bonorū tēporaliū preſtat. prouer.iij. Honora deū de tua ſubſtātia. ⁊ de primitijs frugū tuarum de pauperibus: ⁊ implebit horrea tua ſaturitate. Nono:qꝛ dans elemoſynā a paupertate ſecurus eſt:denegās:ſecus.prouer.xxix. Qui dat pauperi nō indigebit:q̄ vero deſpicit deprecantem ſuſtinebit penuriā. Decimo:qꝛ ſi fiat in charitate: ⁊ debito modo:acqrit honorē ⁊ gratiā. Prouer.

Elemoſyne deſcriptio.

Elemoſyna vñ dr.

Eleyſon q̄d eſt.

Elemoſyna extinguit peccatū ſicut aqua extinguit ignem.

Elemoſyna duplex eſt vcꝫ cordis ⁊ corporalis.

Elemoſyna cordis in ſeptem diuiditur

Elemoſyna corporalis in ſeptē diuiditur.

Elemoſyna pōt dici triplex

Elemoſyna largitor tria cōſiderare debet.

martyriū ſuſtinens ad pōpā nō meret: ſed demeretur.

Elemoſyna decem bona cōfert.

xvij. Gratiā ꝛ honorē acquirat: qui dat munera. Itē acquirit deū debitorē ſuū. Prouerb. xix. c. Feneratꝛ domino q̄ feneratꝛ pauperi: ipſe aūt viciſſitudinē ſuam reddet ei. Et pōt queri circa materiā elemoſynarū: an pauper poſſit agere cōtra diuitem: vt ſibi ſubueniat.

Paup̄ an poſſit agere ꝯtra diuitē vt ſibi ſubueniat.

Reſpon. ſēm Guiliel. in ſpecu. titu. de inſtru. editio. §. Nunc vero aliqua. verſi. lxvij. ꝛ ſēm Panor. in. c. ſi q̄s. de furt. Qḋ nō directe per glo. in. c. ſicut. xlviij. diſt. Denuntiare tn̄ pōt detētorē: ꝛ iplorare officiū iudicis: vt ſic ꝑ iudicē eccleſiaſticū cōicare cogatur. in. c. Dilectiſſimis. xij. q. j. ¶ Eſt igitꝛ miſerabilis diues q̄ fraudat pauperē elemoſyna ꝓpter id etenī ira dei procuratꝛ in. c. Reuertimini. xvj. q. j. Si qn̄ (inq̇t) fames: ꝛ penuria: ꝛ rerū omniū egeſtas opprimit mundū: ſciam⁹ hoc ex ira dei deſcēdere: q̄ ſe in pauperibus ſi nō accipiāt elemoſynā fraudari loquitꝛ.

Paup̄ nō dꝫ fraudari elemoſyna: qꝛ ex hoc multa mala proueniunt.

Nemo etenī ab elemoſyna preſtāda eſt exemptus: cū oēs admoneantꝛ vt cōferent nō habenti. in. c. in ſingulis. lxxxvj. diſt.

Nemo ab elemoſyna pſtāda eſt exēpt⁹

Et quicquid habes vltra id qḋ ſufficit pauperū eſt. in. c. ſicut hi. xlvij. diſt.

Bōa q̄ habentꝛ vltra id qḋ ſufficit pauperꝫ ſunt.

De iſto vero malo diuite ſine elemoſyna dicitur Mat. xix. Facili⁹ eſt camelū per foramē acus trāſire: q̄ꝫ diuitē intrare in regnū celorum. Et qḋ diues ſine elemoſyna ſit ſuppoſitus eq̄ ꝓ pede iniuſtitie adhuc probatꝛ. Nihil iniquius in mūdo eſſe videtꝛ: q̄ꝫ auferre ſubſtantiā ꝛ bona alicui⁹ ſine cauſa: cū iſtud ſit directe cōtra iuſtitiā q̄ vnicuiq̄ꝫ tribuit ius ſuū. in. l. iuſtitia. ff. de iuſti. ꝛ iure. Et ſi auferꞇ ius ſequitꝛ iniuſtitia. Et cū minus crimē ſit habenti tollere: q̄ꝫ cū poſſis ꝛ abundās ſis: indigentibus denegare in. d. c. ſicut hi. xlvij. diſt. ꝛ in. c. quid dicā. xiiij. q. iiij. in §. j. verſi. quomodo. xlij. diſt. Quare ꝛc.

Min⁹ crimē eſt habēti tollere: q̄ꝫ cum poſſis idigētib⁹ denegare.

¶ Diues enī q̄ elemoſynā nō dat eſt homicida illorū q̄ fame pereūt. in. c. Paſce. lxxxvj. diſ.

Homicida ē diues illoꝝ q̄ fame peūt.

Unū tn̄ nō eſt ꝑtermittendū: videlicet: ꝙ diuites quibus oia nō ſufficiunt poſſunt dici ſerui ſeruorum. Et ad propoſitū recitat Joan. and. in nouel. in rubri. vj. de Diogene philoſopho. Qui cū dixiſſet Alexādrū ſeruū ſeruorū ſuorum: interrogatus ab eo quare id dixerat. Reſpondit ego preualeo cupiditatibus meis: refrenans illas vt mihi ſeruiant: tibi autem cupiditates preualent: et ſerruus efficeris illarum: obtemperans iuſſioni: ſeruus igitur es ſeruorum meorum.

Diues malus eq̄ poteſt dici ſeru⁹ ſeruorum.

¶ De adoleſcente ſine obedientia.
Capitulum. xiij.

Decimus pes iſtius monſtri iniuſtitie eſt adoleſcens ſine obediētia.

Adoleſcētia q̇d ſit.

¶ Eſt enī adoleſcētia (ſēm Pap.) flos etatis. a. xv. anno. vſq̄ꝫ ad. xxxviij. Et dicitꝛ ab adoleo: qḋ eſt creſcere. cui⁹ prima etas eſt ephebia. Unde ephebus: q̄ in prima eſt adoleſcentia. Teren. in and. Nam is poſtq̄ꝫ exceſſit ab ephebis ꝛc.

Adoleſcētia vn̄ dꝛ. Ephebus q̄s dicitꝛ.

¶ Tripliciter aūt dicitꝛ adoleſcens ſēm Archi. in. c. alligāt. xxvj. q. vlti. vcꝫ: adoleſcēs natura. vnde domin⁹ Luce. vij. c. Adoleſcens tibi dico ſurge. ¶ Itē adoleſcēs gratia. vn̄ Dauid in quo corrigit adoleſcētior viā. Tertio adoleſcens cōtēplatione. Unde idē Dauid. Renouabitꝛ vt aquila iuuentus tua.

adoleſcēs dꝛ triplr.

¶ Itē adoleſcentia aliqn̄ videtur eſſe a xviij. annis. vſq̄ꝫ. ad. xxv. l. j. in fine. ff. de mino.

Adoleſcēs i qua etate dꝛ.

¶ Et nota ꝙ ſeptē ſunt etates ſēm Jo. de ana. in rubri. de delic. puerorum.

Etates ſūt ſeptē.

Prima eſt ifantilis: ꝛ durat vſq̄ꝫ ad ſeptē annos. l. ſi infanti. ꝛ ibi doct. de iu. delibe. C. Secunda: pupillaris. ꝛ durat a ſeptē annis: vſq̄ꝫ ad. xiiij. ꝛ. xij. in feminis. in. §. noſtra. vſi. Et ideo. inſtit. quib⁹ mo. tute. fi. Tertia eſt pubertas vſq̄ꝫ ad. xviij. annū. l. arrogatio. §. Nō tn̄. ff. de adop. ꝛ ibi glo. vbi tractatꝛ de pubertate: plena: plenior: ꝛ pleniſſima.

Infantilis etas. Pupillaris etas. Pubertas plena plenior ꝛ pleniſſima.

Quarta eſt adoleſcētia q̄ ꝓprie videtꝛ eſſe a. xviij. āno. vſq̄ꝫ xxv. vt ꝓ dixim⁹. Et vſq̄ꝫ ad illḋ tp̄s excuſantꝛ ſtudētes a muneribꝰ pſonalibꝰ. l. j. q̄ etate vel ꝙli. lib. x. C.

Adoleſcētia.

¶ Dic tn̄ qḋ perfecta etas aliqn̄ dicitꝛ a. xviij. annis. in. §. fi. inſtitu. ¶ Qui ex qui. cau. manu. non poſ. Tu dic ꝙ hoc ſit fauore libertatis. Itē aduocati dicuntꝛ habere etatē perfectā ad. xviij. annū. in. l. j. §. pueritia. ff. de poſtu. ſēm Bar. in. d. l. j. ff. de mino.

ſtudētes excuſantꝛ a muneribus pſonalib⁹ a xviij. anno vſq̄ꝫ ad xxv. annū

Quinta etas eſt iuuentus. circa qḋ vide tex. in l. nō aliter. §. fi. ff. de lega. iij. Ubi tex. dicit ꝙ ille dicitur iuuenis: qui adoleſcentis exceſſit etatē: ꝛ incipit inter ſeniores cōputari. ꝛ dicitꝛ ſeu computatur. a. xxv. vſq̄ꝫ ad. l. annū. ſēm gloſſ. ad hoc nota. in prohe. vj. in verbo perfectus.

Etas perfecta. aduocati i. xviij. anno dicuntꝛ eē i etate perfecta. Iuuētus qn̄ dꝛ.

Sexta etas dꝛ ſeniū. ꝛ dicitꝛ vſq̄ꝫ. lxx. annū. in. §. item maior. inſtitu. de excuſa. tuto. faciūt no. in. l. fi. Qui eta. vel profeſ. lib. x. C.

Senium qn̄ dꝛ.

Septima etas dicitꝛ decrepita. ꝛ incipit a. lxx. vſq̄ꝫ ad centum annos: quia is eſt finis longeui hominis vite. Et ad hoc eſt glo. in. l. fi. C. de ſacroſanct. eccle. l. An vſuſfructus. ꝛ. l. fina. ff. de vſufruct. Archid. in. c. vni. de cleri. egro. lib. vj. ¶ Adoleſcens autem cenſetur ita etate temperatus vt cito intelligat: et memorie intellecta conſeruet. iuxta prouerbi. xxij. ca.

Decrepita etas qn̄ dꝛ.

*Adoleſcētia ē etas habilis ad ſtudiū*

Adoleſcens iuxta viam ſuam: etiā cum ſenuerit non recedet ab ea.⁊ ibidem.c.j. In adoleſcentia laudat̄ ſcientia ⁊ intellectus. ¶Sed q̄ꝛ hic dicit̄ ꝙ adoleſcens ſine obedientia eſt pes vnus iniuſtitie. Uiſa adoleſcentis diffinitione ⁊ deſcriptione: reſtat videre de obedientia.⁊ vltra ea q̄ diximus in primo lib.c.ix. ¶Dicendum eſt ꝙ tribus principaliter obediendū eſt. Primo ⁊ principaliter deo.in c.q̄ contra.viij.diſt.⁊ in.c.Imperatores. xj.q.iij.Secundo poſt deū eccleſie.in.c. preceptis.xij.diſtin.in.c. Obedientiam. xciij.diſtin. Tertio poteſtatibus ſecularibus:⁊ omnibus ſuperioribus.dicto.c. que contra.viij.diſtin.⁊ in.c. a ſubdiacono.xciij.diſtinct.

*Obedientia tribus principaliter debetur.*

¶Queritur in quibus attendatur obedientia? Et reſponde ſm̄ hoſtien.in ſumma.rub. de maio. ⁊ obedien.verſicu.in q̄bus.col.iiij.Q̄d attenditur in reuerētia: iudicio: et precepto. In reuerētia q̄ debet̄ ei q̄ precedit ordie vel antiq̄tate.d.c.a ſubdiacono.l.j.ff.de albo ſcribē.vcꝫ vt minor aſſurgat maiori: nec ſedeat ſtāte maiore.in.c.nō oportet.xciij.di.nec in eq̄li ſede.l.obſeruādū. ff.de offi.preſi. Et vt ſalutet cū reuerētia forte inclinādo ſe:⁊ pileū remouēdo: ſicut interpretat̄ cōſuetudo.l.fi.de offi.diuerſo.iudi.C. Et vt maior precedat: minor vero ſequat̄.d.l.j.ff.de albo ſcribē. in.c.Bene quidē.xcvj.diſt. ¶Item in incedēdo.q̄uis (dicit idē hoſtiē.) in curijs procedunt dominos domicelli. ¶Item in conſuetis ⁊ honeſtis ſeruitijs faciendis: in.c.Statuimus.in titu.de maiori.⁊ obedien. ¶Hoc tñ fallit qñ poſterior tempore: maior eſt iuriſditione. Unde Archidiaconus preponitur Archipreſbytero.in.c.perlectis.xxv.diſt. ¶Itē fallit cū minor gerit vices maioris.in ca.j. xciij.diſt.⁊.c.ſi.xxiij. diſt. ¶Attenditur etiam in iudicio ⁊ precepto. Et hic tangitur maioritas diſpenſationis. ¶Hec enim debent̄ ei qui preeſt: ratione conſecrationis: vel iuriſditionis: al's ſententia a non ſuo iudice lata nullius eſt momenti.C.ſi a non competen.iudi.per to. in.c.at ſi clerici.de iudicijs.

*Obedientia in quibus attendatur.*

*domicelli i curijs p̄cedūt dominos.*

*Snia a nō ſuo iudice lata nulli⁹ eſt momēti.*

¶Obedientiā igitur debent adoleſcentes ſequi: et poſſidere: q̄ꝛ (teſte Cypria.li.de xij.abuſio.) Sicut in ſenibus ſobrietas et morū perfectio requiritur: ita in adoleſcentibus obſequiū: ⁊ ſubiectio: ⁊ obedientia rite debetur. Ideo (dicit idem ibidem) ſicut fructus non inuenitur in arbore in qua flos prius non apparuit. Sic in ſenectute honorem legitimum conſequi non potuit: qui in adoleſcentia diſcipline alicuius exercitatione nō laborauit.

*Adoleſcētia prona ē ad malū.*

Diſciplina igitur abſqꝫ obediētia qualiter fieri poterit? Et q̄ꝛ adoleſcentia prona eſt in malum. Gene.viij.c.⁊ in.c.j.xij. q.j.vbi etiā dicitur.⁊ prouerb.iij.c.q̄d nihil incertius via illius. Quare bonū eſt illā artare diſciplina Et refrenare iuueniles calores: ne cupiditati dediti triſtē faciant exitum: prout dicit tex.in.l.vlti. §.filijs.C.de bo.q̄ libe.⁊ ideo d̄r.j.Petr. c.v. Adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus ⁊c.

*Iuueniles calores refrenare licet ne cupiditati dditi triſtē faciāt exitū.*

¶Et nota ꝙ ſicut obedientia eſt fructuoſa ſiue per ipſam in preſenti meremur gratiā dei.in.c.nulla.⁊.c.ſequē. xciij.diſt. Et per eā futurā meremur ſalutem.in.c.quid ergo.xj.q.iij.⁊.c. Si inimicus.xciij.di. Ita inobedientia eſt mala: nociua: ⁊ infructuoſa: q̄ꝛ (vt dicit Ange.de cla.in ſum.) ſicut homo per inſtrumentū operatur: ſic diabolus per inobediētiam ſeparat hominem a deo. ¶Illa etenim inobediētia comparatur hereſi. in.c.ſciendū.cum ibi not.viij.q.j.⁊ in.c. ſi papa.xl.diſt. ¶Itē ſpecies eſt idolatrie:⁊ apoſtaſie.d.c.ſciendum.et.j.Reg. xv.a. ¶Item dicitur peccatum ariolandi ⁊ paganitatis.in.c. Si qui ſunt preſbyteri.lxxxj.diſt. ¶Iteꝫ inobediens in culpa relabitur prothoplauſti ſcilicet ade.in.c.curandū.xxxiij.diſtin. ¶Item quatuor euangelia dicitur contemnere. in.c.de libellis.in.fine.xx.diſt.

*Inobediētia eſt mala et nociua.*

*Diabol⁹ per inobediētiam ſeparat homineꝫ a deo.*

*Inobediētia cōparat̄ hereſi.*

*Inobediētia eſt ſpēs idolatrie.*

*Inobediētia dicitur peccatū ariolādi ⁊ paganitatꝫ.*

*Inobediēs labitur in culpā prothoplauſti.*

*Inobediens d̄r q̄tuor euāgelia contemnere.*

¶Quare grauiſſime puniri debet inobediens: debet enim puniri pena amiſſionis omniū bonorum: et perpetui exilij. Et ad hoc facit id quod habetur.j.Eſdre.c.vltimo. ¶Miſſa eſt vox in iuda et in hieruſalem omnibus filijs tranſmigrationis vt congregarentur in hieruſalem: et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta conſilium principum ⁊ ſeniorum: auferetur ab eo ſubſtantia eius: et ipſe abijcietur de cetu tranſmigrationis. Et ibidem c.ix.in princi.de hoc vide in.l.fina.circa finem.ad.l.iuliam.repetunda.C.debet etiam carcerari. Ita quod ſibi vita miſera reſeruetur: donec a ſue preſumptionis neq̄tia reſipiſcat.in.c.penul.de apoſta.in.c.quis nos.xxij.q.iiij. Ubi dicit ca non donec de nolente fiat volens. ¶Itē donec conſentiat.l.duobus.ff.de libera. cau.in.c.ſi quis.xxiij.q.ij. ¶Itē eſt excōmunicādus.in.c.ſi quis.de maio.⁊ obe. ¶Itē ⁊ iterū pōt excōicari vt qui in ſordibus eſt: ampli⁹ ſordeſcat.in.c.quātūlibet.xlvij.diſt. ¶Item ſi enormitas exigat: ſunt omnino procul pellendi.in.c. cum in eccleſijs.de maio.⁊ obediē.in fi. ¶Item debet beneficijs ſuis priuari. in c.illud.de exceſ.prelato.⁊.d.ca.cum in eccleſijs. ¶Item inobediens principi

*Inobediens q̄liter puniri debeat.*

eſt capite puniēdus. iuxta illud. j. Reg. xiiij. Qui nō obedierit pricipi morte moriatur. ¶ Qua de cauſa concludendū eſt ꝙ iuſte ⁊ cōgrue pro pede iniuſtitie ponitur adoleſcens ſine obedientia.

## ¶ De ſene ſine religione. Ca. xiiij.

Senectꝰ que ſit.

**V**ndecimꝰ pes iniuſtitie eſt ſenex ſine religione. ¶ Eſt ergo ſenectus ſm abba. i. c. magne. ij. col. de voto ⁊ vo. redemp. Quidā defectus habēs in ſe labores ⁊ dolores.

Senectꝰ a q̄ etate incipiat.

A quo incipiat. vide in. c. ſ. proximo: et incipit a quinquageſimo anno: prout dicit glo. in prohe. ſexti. in verbo pfectꝰ. Tamen quo ad caſum. c. fi. §. j. vt li. nō cōteſt. Cū timeť de morte teſtiū: relinquitur arbitrio iudicis quis dicit ſenex ſm Inno. in. d. ca. fi.

Teſtis i etate. lxx annorum p̄ſumiť i breui moriturus.

Sed ſi ſenex attingit ſeptuageſimū annū qui eſt aliorum etatū terminꝰ: ꝙ tūcūqꝫ ſit bn̄ cōplexionatꝰ. (dicēte pſal. pſal. lxxxix. dies annorū noſtrorū in ipſis ſeptuaginta annis. Si aūt i potētatibꝰ octoginta ānī: ⁊ amplꝰ eorum labor ⁊ dolor.)

ſenex minus p̄ſumitur viuere ꝙ eger.

Timeť abinde de eiꝰ morte: ⁊ non relinquiť iudicis arbitrio. ⁊ ita cōcludit Panor. in. d. c. fina. col. vj. v̄ſi. tertio principal'r. Senex etiā minꝰ preſumiť viuere: ꝙ eger.

Reſignatio egri facilꝰ admittiť ꝙ ſenis.

Et ideo facilius admittitur reſignatio egri: ꝙ ſenis. Et ad hoc eſt gl. in cōcilio Baſilieñ. in tit. de colla. in v̄bo pmutationis.

ſenex vnde diciť.

Dicitur eñ ſenex quaſi ſe neſciēs: ſm Archid. in. c. tanta. lxxxvj. diſt. Quidam tamen putant ſenes dici: a ſenſus diminutione: et qd̄ iam pre vetuſtate deſipiāt.

Senes et pueri in etate conueniunt.

Dicit etiā idem Archi. ibidē. qd̄ phiſici dicūt puerorū: et ſenū etates conuenire. Cū in illis pueris ſanguis nondū eſt calidus: ⁊ in ſenibꝰ iam frigidus eſt. Diciť al's ſenex q̄ſi ſeminex hoc ē ſemimortuꝰ.

Nex q̇d ſit.

Nex eñ mortē ſig̃t: vnde neco quod eſt interficio. ¶ Senex etenim diciť habere vmbrā ſalutiferā. iuxta illud. Melꝰ eſt vmbra ſenis ꝙ gladius iuuenis. in. c. j. ⁊ ibi Bal. de renū.

vmbra ſenis melꝰ eſt ꝙ gladiꝰ iuuenis.

Senium eſt q̄druplex.

¶ Eſt aūt quadruplex ſeniū: ſm eundē Archid. in. d. c. tāta. videlicet nature: prudētie: culpe: ⁊ eterne glorie. Nature: vt in. d. ca. tanta. Et hoc tendit ad defectū. prout dr̄ in. d. c. tanta. et i. c. illud. xiij. q. ij. de quo nūc eſt queſtio. Prudētie. in. c. porro. xiiij. diſt. vbi dicitur qd̄ canicies ſenū prudētia eſt. et hoc ducit ad perfectū. in. c. de quibꝰ. xx. diſtinc. ⁊ in. c. ancillā. xxij. q. ij. Culpe: ⁊ hoc ducit ad interitū. in ca. Paulus. vij. q. ij. Eterne glorie. de quo diciť in pſal. Cogitaui dies antiquos et annos eternos in mente habui. De priuilegijs ſenum cōſequenter videamus.

ſenes habēt multa priuilegia.

Et dicendū ꝙ habent multa priuilegia. Nam in altiori loco ponunť. in. §. etiā. inſti. de bono. poſſeſ. ⁊ ibi Jo. fab. vbi tangit q̄ſtionē: eſt aliqn̄ in facto inter vxores duorum nobiliū: quarum vna vult primo ſedere in eccleſia: ⁊ primo ire ad offertoriū.

Mulieres de honore ſepe cōtendunt.

Et de hoc ſatis cōiter et leuiter fit cōtentio inter mulieres: tam nobiliū ciuiū ꝙ plebeiorū. De qua quidē materia ſi (ſolatij gratia) vis videre ad ſaturitatem. vide Bal. in. l. obſeruare. §. anteꝙ. in fi. ff. de offi. procōſ. ⁊ lega. ⁊ Jaſo. de may. in. l. ſi non fortē. in glo. in verb. debere. ff. de cōdi. indebi. ⁊ ibidē videbitis an poſſint agere in iudicio de hoc.

Sermo ſenū preſumitur veracior ꝙ iuuenum.

Itē ſenes habēt priuilegiū q: plus creditur ſeni ꝙ iuueni. in. d. c. de q̇bꝰ. xx. diſt. q: illorū ſermo veracior eſt. in. c. cōſanguineos. xxxv. q. vj. ¶ Itē in dignitatū collatione. in ca. ſtatuimus. lxj. diſ. ¶ Item in depoſitionis approbatione. in. l. fina. ff. de fide inſtru. ¶ Itē in penarū impoſitione. l. ij. ff. de termi. amo. in. c. tēpora. iuncta gloſſ. xxvj. q. vlti. ⁊ in. d. c. tāta.

Senes minus puniuť ꝙ iuuenes.

¶ Itē in diſcutionis diſcretione. lxxxvj. diſt. in. c. ſi q̇d vero. ¶ Si vis videre de priuilegijs ſenum vltra iſta: vide late p do. Cepol. in trac. de imperatore: vbi reperies quinquagita priuilegia ſenū. Et ſicut ſenes habēt multa priuilegia: ita etiā habent multa incōmoda.

Senes habēt multa incommoda.

¶ In ſene quippe (ſm Titum. liui. lib. v. ab vr. condi.) vmbra nomēqꝫ hois relictū eſt: vires corpis effete: ſenſus oculorū atqꝫ auriū hebetes: memoria labat: vigor animi obtuſus ⁊ cōfectus ſenio parū aio valet. Dicit Saluſt. in iugur. ⁊ hoc eſt inter alia vnū de incōmodis ſenectutis. Alius q: plerūqꝫ habenť odio ab adoleſcentulis. Uñ Teren. in echira. Odioſa eſt hec etas adoleſcentulis. Itē eſt tedioſus frigidus ⁊ ſiccus. vnde Macro. in ſaturnalibus. Seneſcta extincta per vetuſtatē naturali calore fit frigida. ⁊ multa alia incommoda habet: qd̄ no. Archi. in. d. c. tanta. ij. col. ¶ Sed cū hic dicať ꝙ ſenex ſine religiōe eſt vnus pes iniuſtitie: ne procedamus p ignota. eſt videndū de religione. ⁊ vltra ea q̄ de ipſa diximus in primo li.

Religio diciť tripliciter.

Dicendū eſt ꝙ religio dr̄ tripliciter ſm Abba. in. c. Eccl'ie. in. iiij. no. de cōſti. Primo largiſſime: ⁊ ſic eſt quilibet chriſtianus. in c. j. in prin. de homici. li. vj. Secūdo large: ⁊ ſic cō prehēdit oēs clericos ſeculares: ⁊ oēm chriſtianū honeſte viuentem. in. c. nullus. ij. queſt. j. ⁊ de iſtis eſt nunc queſtio. Tertio accipitur proprie: ⁊ ſic religioſus eſt qui fecit profeſſionē alicui de religionibus approbatis per ſedē apoſtolicam.

Religionis deſcriptio.

apoſtolicam.in.c.q̄d votū.§.pꝛeſenti.de voto.lib.vj.Sic aūt deſcribitur:ſm Jaco.in cano.c.j.Eſt(inquit) religio mūda et immaculata apud deū: viſitare pupillos ꝛ viduas in tribulatione eoꝝ: ꝛ immaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſclo.Jſta etenim religio in ſenib⁹ eſſe debet:quia q̄to moꝛti viciniores ſunt: tāto ſolliciti atq̄ timidi eſſe debēt.put dicit tex.in.d.c.tanta.lxxxvj.di.Et ſicut veteranis ſpecioſa eſt ſapientia.Eccli.xxv.c.Et ſicut eoꝝ coꝛona eſt multa peritia.eo.c.vlti.

Senes fatui ꝛ ſine religiōe ſūt abhominabiles.

Sic abhominabiles ſunt ſenes fatui: et ſine religiōe.et ideo dr Eccls.xxv.Tres ſpecies odiuit aīa mea:et aggrauoꝛ valde anime illoꝝ.Pauperē ſuperbū: et diuitem mendacē.et ſenem fatuū: ꝛ inſenſatū.Quare Cypria.li.de.xij.abuſio.ſic ait.Quid ſoꝛdidius fieri pōt: q̄ ſi mens ad pfectionē feſtinare non contēdat: q̄n totius coꝛpoꝛis habit⁹ ſenectute confectus ad interitū pꝛoperat:dum ocul⁹ caligāt:auris grauiter audit:capilli fluūt facies in paloꝛē mutat: dentes lapſi numero minuūtur:cutis aret.flat⁹ nō ſuauiter olet pect⁹ ſuffocat:tuſſis attenuat: genua trepidant: talos et pedes tumoꝛ inflat ꝛc.¶Poſtea ſubdit.quid ergo ſupereſt niſi vt dum huius vite defect⁹ appꝛoperat:nihil aliud cogitare q̄ quō future vite habit⁹ pꝛopꝛie cōpꝛehendat.

Senis obſtinatio maioꝛ eſt inter abuſiones ſeculi.

Unde Hugo li.de clauſtro aie.li.ij.Jnter abuſiones ſeculi(inquit)ſola maioꝛ eſt ſenis obſtinatio qui moꝛti pximus: moꝛtis non abhoꝛret euentū.Qui quaſi ad oſtiū huius mūdi poſitus:foꝛas ſpectat.nec tn̄ vite pꝛeſentis attēdit egreſſum:nec futura cōſiderat: audit nūcios moꝛtis:ꝛ credere nō vult eis.¶Qua de cauſa dicit Sene.in epiſt.xij.Qꝛ nihil turpius q̄ ſenex viuere incipiēs. Quare nō immerito p pede iniuſtitie ſupponit.

¶De ſapiēte ſine operib⁹. Ca.xv.

Sapientis deſcriptiones.

Duodecim⁹ et vltim⁹ pes iniuſtitie eſt ſapiens ſine operibus.¶Eſt ergo ſapiens ſm philoſophū.j.meth.Qui ſcit oia et maxime difficilia:per certitudinem ꝛ cauſam.ipſum ſcire pꝑter ſe querens ꝛ alios oꝛdinans ꝛ perſuadens.¶Sm vero Tulliū in tuſcu.q.lib.iiij.Js dicit ſapiens:cui nihil humanarū rerū: aut intolerabile:aut dimittendum animū:aut minus letabile:ad offerendū videri pōt. Et ibidē Beroaldus.vbi idē referēs opinionē Senece.ſic ait. Sapiens.(vt ait Seneca)plenus eſt gaudio:hilaris:placidus:inconcuſſus:cū diis ex pari viuit.

Sapientie deſcriptio.

¶Sapiētia vero ſm eundē Tul.ibidē eſt rerum diuinarum et humanarū ſcientia:cognitioq̄ que cauſa cuiuſcunq̄ rei ſit ꝛ ex quo afficit vt diuina innitet: humana oia inferioꝛa ducat.

Sapientia eſt filia mēoꝛie et vſ⁹.

¶Eſt etenim ſapientia filia mēoꝛie:ꝛ vſus: ſm Affranū poetā:pꝛout refert Aulus gel.noct.attica.li.xiij.c.viij.Dicit etiā idē Gel.ibidē.q̄d eo argumēto demonſtrat qui ſapiens rerū humanarū eſſe velit: non libꝛis ſolis: neq̄ diſciplinis rhetoꝛicis: dyalecticiſq̄ opus eſſe: ſed opoꝛtere eū verſari:quoq̄ exercerīq̄ in rebus: quo minus noſcēdi:periclitandiq̄.Et oia ea acta et euenta firmiter meminiſſe: ꝛ perinde ſapere ac cōſulere ex his q̄ periculū ipſum rerū docuerunt.

Sapientia ē omnino contraria ſtultitie.

¶Eſt etiam ſapientia(ſm eundē Tul.in tuſcu.q.lib.iiij.)oino contraria ſtultitie.Etem(inq̄t ipſe)et ſi adepta eſt ſtultitia:q̄d cōcupiuit nūq̄ ſe tamē ſatis conſecuta putat.

Sapientia ſemp eo contēta eſt q̄d adeſt.

Sic ſapiētia ſemp eo cōtēta eſt q̄d adeſt neq̄ nūq̄ ſui penitet.Uñ Eccli.c.ij.Et vidi q̄d tantū pꝛecederet ſapientia ſtultitiā:q̄tū differt lux a tenebꝛis.Et pꝛouerbioꝝ.c.xxix.Uir ſapiens ſi cū ſtulto contenderit:ſiue iraſcatur:ſiue rideat: non inueniet requiē.et ibidē.c.iij.Gloꝛiā ſapientes poſſidebunt: ſtultoꝝ exultatio ignominia.

Sapiēs q̄lr quis pꝛobetur

¶Qualiter autē pbetur q̄s ſapiēs.no.Bar.in.l.ij.ff.de teſtamē.vbi dicit q̄d ex actib⁹ ꝛ v̄bis cognoſcit diſpoſitio mētis.

Scia induſtria ꝛ ſapiētia differunt.

Eſt tamē differētia inter induſtriā:ſciētiā:ꝛ ſapiētiā.put dicit Archid.in.c.Sapiens.viij.q.j.Nam induſtria ppꝛie circa moꝛes verſat.l.nulli.C.de epiſco.et cleri.ꝛ induſtria honeſtati equiparat.in.c.tuā.de eta.ꝛ qualita.

induſtria quid ſit.

induſtria et honeſtas equiparant.

Sciētia circa humana:ꝛ ſapientia circa diuina.Et iſtam differētiā tāgit Augu.li.xiiij.de ciui.dei.et idem Archi.in.c.Ubi periculū.col.iiij.circa finē.de electio.li.vj.¶Sepe tn̄ cōfundūtur.i.vna pꝛo altera ponit.Exemplū: ſcientia pꝛo ſapiētia in.c.legim⁹.§.hinc etiā.xxxvij.diſt.vbi dicit q̄d illa eſt vera ſciētia:per quā chꝛiſt⁹ inuenit:ꝛ noſcit.ꝛ eadē diſt.in.c.Si quis grāmaticā.vbi dicitur q̄d ſcire nouū:vetuſq̄ teſtamētū:eſt ſciētia pietatis.

Scia circa q̄ verſatur.

Sapientia circa q̄ v̄ſatur.

Ponitur etiā ſapiētia:p ſcientia.l.ij.§.Deinde ſext⁹.ff.de oꝛigi.iuris vbi dicitur q̄d optimi pfeſſoꝛes iuris ciuilis vocātur ſapiētes.

Pꝛofeſſoꝛes iuris ciuilis vocantur ſapientes.

Jtē Julianus dictus eſt ſapiētiſſim⁹.in auc.qui.mo.natura.effi.legiti.in pꝛinci.colla.vj.¶Sapientia etenim dicit a ſapio:q̄d eſt recte ſentio.vel a ſapoꝛe:ſm Archid.in.d.ca. Sapiens.Et qui eam pꝛofitētur ſophi.id eſt ſapientes vocantur.quod nomen fuit inditū illis ſeptē clariſſimis viris:

Sapientia vñ dr.

Sophi q̄ dicūtur.

*Sapientes ſeptē phie inuēto: pithagoras.*

ſcʒ Thaleti mileſio: ſoloni ſalamineo
ſeu Athenieñ. chyloni lacedemonio: pit
taco mityleneo bianti ꝑeneo: cleobulo
lyndeo: periādro corithio. ¶ Sʒ poſtea
pythagoras nō ſophū ſe: ſed phm̄ appel
lauit: ⁊ fuit nois philoſophie inuentor.
Et illā non ſophiā: ſed phiam appellan

*De⁹ ſol⁹ ſapiēs ē.*

dam eſtimauit: eo qꝺ nullus hoim: ſʒ ſo
lus deus ſapiens eſſet: prout dicit Tul
lius in prin. quarti lib. tuſcu. queſtio. et

*Phia vñ dicitur.*

Augu. viij. lib. de ciuita. dei. ¶ Dicit̃ au
tē a philos grece qꝺ eſt amor latine: ⁊ ſo
phos ſapiētia quaſi amor ſapientie. Si

*Sapientia vnde ſūpſit originem.*

vero vis ſcire vnde procedat: ⁊ qualiter
acquirat̃ dic qꝺ initiū ſumpſit a timore
dñi: iuxta illud ꝓphe. pſal. cx. Initiū ſa
pientie eſt timor dñi. Ex deo em̄ ꝓcedit:
iuxta illud Jaco. in cano. epiſt. j. Si q̇s
autē veſtrū indiget ſapientia poſtulet a
deo: qui dat oibus affluēter. ⁊ prouerb.
viij. c. Accipite diſciplinā meā. facit tex.
in. d. c. legimus. §. hinc etiā. xxxvij. diſt.
⁊ alibi de ea ſcriptū eſt Job. xxviij. c. Sa
pientia vbi inuenit̃: et q̇s eſt locus in
telligentie: neſcit homo pretiū eius: nec
inuenit̃ in terra ſuauiter viuentiū: abiſ
ſus dicit non eſt in me: ⁊ mare loquitur
nō eſt mecū: ⁊ ideo dꝛ ꝓuerb. viij. c. Ego
ſapiētia habito in cōſilio: ⁊ eruditis in
terſuʒ cogitatiōib⁹. ⁊ Sap̄. vj. Clara eſt

*Sapientia clara nūq̄ꝫ marceſcit.*

ſapiētia q̄ nūq̄ꝫ marceſcit: ⁊ facile videt̃
ab his q̇ diligunt eā et inuenit̃ ab his q̇
querūt illā. ¶ Ad adipiſcendā tamē ſa
pientiā oportet prius ſe a pctis purga
re: qm̄ in maliuolā animā nō introibit

*Sapientia q̄liter acquirat̃*

ſapiētia: nec habitabit in corpore ſubdi
to peccatis. Sap̄. j. Sapiēs etem̄ nulli
nocere cognouit. in. c. ſapiens. ⁊ ibi Ar
chi. vj. q. j. in. c. quiſq̇s. xlj. di. ¶ Melior

*Sapientia melior eſt q̄ꝫ vires.*

etem̄ eſt ſapiētia: q̄ꝫ vires: ⁊ vir prudēs:
q̄ꝫ fortis. Sap̄. v. ⁊ ideo dꝛ Prouerb. iij.
c. Beatus hō qui inuenit ſapientiā: et q̇
affluit prudentia. Melior eſt acquiſitio
eius negociatione auri ⁊ argēti primi ⁊

*Sapientie laudeſ*

puriſſimi: fruct⁹ eius fructuoſior eſt cū
ctis opib⁹: et oia q̄ deſiderant̃ huic nō va
lebūt cōparari. Qua de cā dicebat Bias

*Sapientia ſi ifor ma oculis videri poſſet ad amorem ſui oēs excitaret.*

phs: prout recitat Laertius diogenes.
Qꝺ ſi ſapiētie forma oculis videri poſ
ſet: ad amorē ſui oēs maxime excitaret.
De illa dicit Tulli. lib. iiij. tuſcu. q̄ſtio.
iuncto cōmen. philip. Beroal. ibidē. qꝺ
anim⁹ ſapiētis ſupra fortunā: non intra
eſt collocat⁹. ¶ Ex premiſſis igitur cla
re iudicat̃ quis infelix: q̇ a deo tali do

*Sapiētiſ ai⁹ ſupra fortunā eſt collocatus.*

no ſapiētie dotat⁹: nō vtitur: ſed abutit̃.
Q̄re dicit Archi. i. c. multi. xl. diſ. qꝺ tres
dicūtur infelices: videlicet infelix qui re
cta docet: et viuit inique. vt eſt tex. in. d.
c. multi. ifelix qui pauca ſapit: ſpernitq̄ꝫ

*Infeliceſ tres dicūtur eſſe.*

doceri. c. vlt. xxxviij. di. Infelix cui⁹ nulli
ſapientia prodeſt. in. c. reuertimini. xvj.
q. j. ſed q̄ꝛ in iſta parte dixim⁹ qꝺ ſapiēs
ſine opibus eſt vn⁹ pes: et vltim⁹ iniuſti
tie: ideo viſa ſapiētis ⁊ ſapientie deſcri
ptione: reſtat videre de operis ⁊ operi

*Opus et opera differunt.*

bus. ¶ Dicendū eſt igit̃ qꝺ differētia eſt
inter opus operis: ⁊ opera opere. ¶ Nā
opera eſt actio: labor: ⁊ induſtria operā
tis. de qua in. l. iter artifices. ff. de ſolu.
ibi. hoc ſpecialiter actū eſt vt ſuis ope
ris id ꝑficiat. ⁊ in titu. de operis ſeruo.
et tit. de operis libert. ff. ⁊ in glo. l. j. eo
dem titu. ⁊ in. l. data opera. de his q̇ ac
cuſa. non poſſ. C. ¶ Opus vero eſt finis
fructuſq̄ꝫ opere: qꝺ fabricando factū re
linquit̃: ⁊ de hoc vide rub. de noui ope
ris nuncia. ff. ⁊. C. Opus etem̄ laudat ar
tificē: et opera nos cōmendāt in ꝓhe. j.
partis Guilielmi in ſpecu. verſi. nouiſſi
me. ¶ Accipit̃ etiā opus pro neceſſitate
vt opus eſt egrotanti medico: aliquan
do pro ſtudio: vt da operā literis. ¶ Se
pe tñ opus ꝓ opera ponit̃: ⁊ econtra re
deo ad propoſitū principale. ¶ Et dicen
dū eſt qꝺ nō immerito: ſapiēs ſine operi
bus pro pede iniuſtitie ſupponit̃: quare
dicit̃ ad Ro. ij. c. propter qꝺ inexcuſabi
lis es: o homo ois q̇ iudicas in quo em̄
alterū iudicas: teipm̄ cōdēnas: ⁊ iō ele
gāter dicebat Macedo. phs. ꝓut recitat

*Macedonis philoſophi notabile dictum.*

Au. gel. noct. atti. lib. xiij. c. viij. qꝺ ſcri
bi debebat pre forib⁹ oim temploꝝ. Ego
odi hoies ignaua opera et phica ſenten
tia. ⁊ idē ibidē. Nihil em̄ fieri poſſe in
dignius neq̄ꝫ intolerātius dicebat: quā
qꝺ hoies ignaui ac deſides. operti bar
ba ⁊ pallio mores ⁊ emolumēta phie in
lingue verborūq̄ꝫ artes cōuerterēt: ⁊ vi
tia facūdiſſime accuſarent intercutibus
ipſis vitijs madentes. ⁊ hec de duodeci
mo et vltimo pede iniuſtitie.

## ¶ De morte. Cap̄. xvj.

HUnc viſis ca
pite ⁊ pedibus iſtius mira
bilis monſtri iniuſtitie: re
ſtat finaliter de cauda illi⁹
tractare in qua quidē cau

*Scorpionis cauda ſp in ictu eſt.*

da: (vt cōiter fertur) iacet venenuʒ. ¶ Et
de iſta cauda pōt dici: id qꝺ dicit Pliñ.
de cauda ſcorpionis. in lib. naturalis hi
ſto. xj. ca. xxv. Semꝑ (inquit ipſe) cauda
in ictu eſt: nulloq̄ꝫ momento meditari
ceſſat: nequando deſit occiſioni. Et iſta

*Mors duplex ē ſm Lactan.*

cauda vocat̃ MORS: de morte igitur
deſcriptiones videam⁹. ¶ Et dicendum
eſt cū Lactan. firmia. lib. ij. c. xij. Quod
mors duplex eſt: vcʒ mors corpis: ⁊ alte
ra aie: per penā quā per immortalitatē

Mortis corporalis deſcriptiones.

nuncupaꝛ. ¶ Prima mors q̄ eſt corporis ſic diffiniꝛ: eſt nature animātiū diſſolutio: quā quidē diffinitionē tradit Aulꝰ gel. noct. atti. li. ij. c. viij. vel ſic diffiniꝛ ſm eundē Lactā. fir. ibidē. Mors eſt corporis aieq; ſeductio.

Mortis aie dſcriptiones.

¶ Secunda vero mors q̄ eſt aie ſic diffiniꝛ: eſt eterni doloris ꝑpeſſio: vel ſic. Eſt animarū ꝓ meritis ad eterna ſupplicia dānatio. ¶ Hec eīn mutas pecudes non attingit: quarū aie non ex deo cōſtātes: ſed ex cōi aere: morte ſoluuntur.

Mortis varie diſtinctiones.

¶ Aliā diſtinctionem mortis tradit Panor. in. c. per venerabilem. in. iiij. col. qui filij ſint legi. vbi dicit qꝺ duplex eſt mors: vcȝ que eſt illa ſeparatio aie a corpore. Alia ciuilis vt excōicatio: per quā ſeparaꝛ aia a gratia dei. nam deus eſt vita aiarū. ⁊ ideo iſta eſt difficilior mors ꝙ̄ prima: niſi q̇s ab illa libereꝛ. ⁊ ſic Panor. ⁊ Lactā. videntur quaſi cōcordare. ¶ Latius vero diſtinguiꝛ per Archiꝺ. in. c. placuit. ij. q. vij. vbi dicit qꝺ ſex ſunt genera mortis: vcȝ mors ſpūalis: que eſt in criminoſis: vt. d. c. placuit. ⁊ i. c. canonica. ea. c. ⁊. q. ¶ Scꝺa eſt ciuilis: vt i. c. deportatis: de qua dicam. ¶ Tertia eſt ſecularis: vt in monachis q̇ mortui ſunt mūdo: de q̇bꝰ Jo. de ana. in. c. ſicut ex literarum. in. ij. col. de homi. ⁊ Guiliel. in ſpecu. in titu. de teſti. §. j. verſi. Jtē excipiꝛ ꝙ eſt monachus. vbi dicūt qꝺ monachi non cenſenꝛ mortui: ꝙ̄tū ad impregnādas mulieres ꝑ text. in. d. c. ſicut ex lr̄arū. Dicunꝛ etiā monachi viuere q̇ ad deū. i. c. placuit cōi. ⁊ i. c. ſunt nōnulli. xvj. q. j. ¶ Quarta eſt effectualis. in. c. q̄ chriſti. xxvij. q. j. de q̄ Apoſt. ad Gal. vj. c. Mihi mūdus crucifixus eſt: ⁊ ego mūdo. ¶ Quita carnalis: ſiue naturalis: vt cum aia ſepaꝛ a corpe. ¶ Sexta eťnalis: vt hūani gn̄is hoſtis. vn̄ Oſee. xiij. O mors ero morstua. Aliā tutiorē ⁊ meliorē diſtictionē tradit Jo. de ana. i ti. de homi. c. j. col. j. vbi dicit ꝙ triplex eſt mors: vcȝ naturalis: ciuilis: ⁊ ſpūalis: naturalis vt qn̄ corpꝰ ab aia ſeparaꝛ: vt diffinitū ē: de q̄ i li. ff. de ꝯdi. et demōſtra. vbi ꝺr qꝺ mori certū eſt: ſȝ qn̄ incertuȝ. de qua in. l. quoties fami. her. C. ⁊. l. cū pater. §. dulciſſimis. circa fi. ff. de lega. ij. Et iſta cōis eſt oibꝰ hoibꝰ: tā nobilibus ꝙ̄ ignobilibꝰ et liberis ꝙ̄ ſeruis. ad hoc eſt text. iūcta gl. in. l. hos accuſare. §. fi. ff. de accuſa. ⁊ inſcri. iuxta illud Eccľs. ij. c. Moriꝛ doctꝰ ſilr̄ vt indoctus. ⁊ ibidē. vnus vtriuſq; eſt interitꝰ. ¶ Et iſta naturalis mors ſubdiuidiꝛ in tres ſm Cardina. flo. in cle. j. col. ij. nota vt lite penden. vbi dicit qꝺ mors naturalis triplex eſt: vcȝ acerba: immatura et naturalis: acerba infantiū: immatura iuuenū: et naturalis ſenū. de q̇bꝰ Archi. in. c. preſenti. de preben. ⁊ digni. li. vj. et Jſiꝺ. ethymo. li. xj. c. ij.

monachi mortui ſunt mūdo.

monachi nō cēſenꝛ mortui ꝙ̄tū ad impregnandas mulieres.

monachi dicunꝛ viuere quo ad deum.

Mori certū ē ſȝ qn̄ incertum

Mors eſt cōis oibꝰ hoibus.

Mors naturaľ triplex eſt.

¶ Scꝺa mors ꝑ̇ncipalis ꝺr mors ciuilis: vt de ſnia excōicationis. i. c. ꝑ venerabilē. qui filij ſint legiti. ¶ Jtē depoſitio eſt mors ciuilis: ſȝ eundē ana. Et iſta mors ciuilis triplex eſt ſm Bartholomeū de chaſſe. in gloſſ. ſuis ſuꝑ cōſuetudinibꝰ Burgūdie. i ti. de droictȝ ⁊ appartēn̄. a gēs mariez. §. femmes mariees. verſi. q̇d dicēdū. poſt Bal. in. l. j. ff. de teſta. ¶ Prima eſt mors ciuilis reſpectu penalitatis vt deportatio: vel condēnatio in metallum. ¶ Scꝺa eſt mors ciuilis cauſalis: vt eſt ſeruitꝰ. ſ. cū q̇s capiꝛ ab hoſtibꝰ. ¶ Tertia eſt mors ciuilis meritoria: vt cū quis ingreditur monaſteriū. ¶ Quarta ꝑ̇ncipalis mors ꝺr ſpūalis: ſiue eternalis de qua late. ſ. diximꝰ. et infra dicemus.

Mors ciuilis triplex eſt.

¶ Unde aūt dicatur mors. ⁊ rn̄. ſm Car. i. d. cle. j. vt li. pēdē. Qꝺ ꝺr a morſu primi hōis: qꝛ per eſum pomi: mortē incurrit: qꝺ etiā not. Archiꝺ. in. d. c. preſenti. de preben. li. vj. ⁊ Jſiꝺ. ethymo. li. xj. c. ij. Uel ſic ſm eundeȝ Jſiꝺ. ibidē mors ꝺr eo qꝺ ſit amara: vel a marte: qui eſt effector mortiū.

Mors vn̄ dicitur.

¶ Et notādū eſt qꝺ mors ſemꝑ venit ex diſpoſitiōe dei: ſiue q̇s interficiaꝛ: ſiue aliter moriaꝛ: prout ſingulariter dicit Joā. de ana. i. c. fi. j. col. de homi. poſt Bal. in repeti. c. j. de pace cōſtā. in. iij. col. in verſi. feudo. ad hoc eſt glo. no. in. §. j. in verbo cōmutatio. inſtitu. de capi. diminutio. ⁊ ibidem Bal. ⁊ Jo. fa.

Mors vn̄ procedit.

¶ Mortis aūt tres ſunt nūcij: ꝓut dicit Hug. li. ij. de clauſt. anime. ſcȝ caſus: infirmitas et ſenectus.

Nunciȷ mortis ſunt tres

¶ Jtē eſt no. aliq̇s mortuꝰ naturaľr: ciuiliter ⁊ fictione p̄ſumiꝛ viuere ſicut econtra diximꝰ: vtputa ſi q̇s moriaꝛ i bello iuſto ꝓ repub. ⁊ de hoc tex. iūcta glo. in. §. hi aūt. inſtitu. de excuſa. tuto. et gl. in. l. bello. ff. eo.

Mortui naturaľr' aliqn̄ dicunꝛ viuere.

¶ Jtē boni et iuſti naturaľr morietēs nō mori dicūꝛ: ſed ſolūmō migrari. q̄re ꝺr qꝺ melior eſt dies obitꝰ iuſtoꝝ: ꝙ̄ dies natiuitatȝ: ꝓut dicit Archi. in. c. valida. de pe. di. ij. qꝛ moriꝛ homo ad q̇eſcēdū. Apoca. xiij. c. Bti mortui q̇ in dn̄o moriunꝛ. Sed naſciꝛ hō ad laborādū. Job. v. Homo natꝰ de muliere breui viuens tꝑe repletur multis miſerijs.

Dies obitus iuſtorū eſt eis melior ꝙ̄ dies natiuitatis.

¶ Jtē mors iuſtorū eſt euaſio carceris. vnde pſal. Educ de carcere animā meā. ⁊ Pau. dicebat Phiľ. j. Cupio diſſolui: ⁊ eſſe cū xp̄o. ¶ Jtē eſt irruptio vinculoꝝ. pſal. cv. Dirupiſti vincula mea ⁊c. ¶ Jtē eſt depoſitio oneris. j. Petri. j. c. Uelox eſt depoſitio tabernacľi mei. i. corpis qꝺ eſt onꝰ aggrauās aiam. Sap̄. ix. c. Corpꝰ

Mors iuſtoꝝ multa bona ꝯfert eis.

Corpus aiam aggrauat.

q̄ᵒ corrūpitur aggrauat alam. ¶ Itē est infirmitatū abbreuiatio. ad Roma. viij. Ois creatura liberatur seruitute corruptionis. ¶ Itē est reuersio de exilio ad patriā. Can. vj. Et trāsumpt. in. c. agite. de peñ. di. ij. ¶ Itē est introit⁹ ad gloriā. Mat. xxv. Intra in gaudiū dñi tui. ¶ Itē est restitutio libertatis: et fuga exilij: put notabiliter dicit Baptista mantua. in li. de contēnenda morte vbi inter alia dicit. Qᵒ nō patria est nobis terra: sȝ exiliū: ⁊ ideo fleuit dñs Lazarū: nō fleuit q̄ꝛ mortuū: sed qᵒ ad hui⁹ vite miserias resuscitaturū. in. c. qui diuina. xiij. q. vlti. Quare cōcludēdū est qᵒ melior est mors q̄ vita amara. ⁊ requies eterna: q̄ lāguor perseuerās. Eccli. xxx. c. Et hoc de morte bonorū ⁊ iustorū. De morte vero iniustorū ⁊ de qua bestia iniustitia armat: quā etiā morte ꝑ cauda obtinet videamus.

Fleuit lazarū nō q̄ꝛ mortuū: sed q̄ꝛ ad miserias resuscitaturum.

¶ Et dicendū est qᵒ multū prime cōtrariatur cū dicat. Eccli. xliij. c. Uere mors peccatorū pessima. Que aūt sit et⁹ causa dic ꝑm lactā. fir. li. ij. c. xiij. Qᵒ mors penalis peccatoris generat ex defectu iustitie: q̄ꝛ (vt dicit idē lact. ibidē) sicut ignis ardere nō pōt et viuere: nisi aliqua pingui materia teneat: in qua habeat alimentum: sic anime materia ⁊ cib⁹ est sola iustitia: qua tenemur ad vitam. Ideo iniusti affligunt duplici morte: naturali morte: q̄ꝛ cū tristitia ⁊ merore ad eā perducunt inuiti. in. c. quē preposterū. xiij. q. vlti. vbi archi. notabiliter dicit quod mors impij pōt tripliciter dici: videlicet amissio: emissio: ⁊ immissio. Amissio: q̄ꝛ in morte amittit deū: ⁊ oia tēporalia bona. Emissio: q̄ꝛ inuitus extra bona tēporalia ⁊ extra vitā temporalē. vnde psal. ꝑm multitudinē impietatū illorū expelle illos q̄m irritauerūt te dñe. ⁊ psalm. xxxviij. Propter iniq̄tatē eruisti hoiem: ⁊ tabescere fecisti sicut araneā alam ei⁹: immissio in penas eternaliū tormētorū: vnde in euange. Luc. xvj. c. Mortuus est diues: ⁊ sepultus in inferno. ⁊ ideo dicit Aug. in. li. de doctrina xp̄iana: q̄ vix bene moritur q̄ male viuit. ¶ Itē propter peccata ⁊ iniustitias q̄s citius moritur. in ca. ea vindicta. xxiij. q. iiij. facit illud Ezechiel. xxij. In idolis q̄ fecisti approꝑinquare fecisti dies tuos. ⁊ psalm. liiij. Uiri sanguinū ⁊ dolosi nō dimidiabunt dies suos. vnde Ecclesi. xl. Ad hec mors sanguis contentio romphea: oppressiones: fames: ⁊ contritio: ⁊ flagella super iniquos creata sunt hec omnia: ⁊ ꝑpter illos factus est cathecismus. ⁊ ibidē. xlj. nomen impiorū delebitur. ⁊ Ezechi. v. c. Iusta iudicia gentiū non estis operati:

Mortis pctōꝝ cā.

Cib⁹ aie ē iustitia

Iniusti duplici morte affliguntur

Mors impij tripliciter dr.

Mors impiorum infelix.

iō hec dicit dñs: patres comedēt filios: ⁊ filij patres. Tertia pars peste ⁊ fame: ⁊ tertio gladio morient. ⁊ ibidē. c. xviij. Cū aduerterit se iust⁹ a iustitia: ⁊ fecerit iniq̄tatē morient i eis: i iniustitia quā opat⁹ est morient. Affligunt ēt in bonis tēporalib⁹: iuxta illd Michee. vj. c. Repleti sunt iniq̄tate ⁊ habitātes in ea loq̄bant mendaciū: ⁊ lingua eorꝫ fraudulēta i ore eorꝫ: ⁊ ego ergo cepi ꝑmittere te ꝑditiōe sup pctis tuis: tu comedes ⁊ nō saturaberis: ⁊ humiliatio tua i medio tui: ⁊ apprehēdes ⁊ nō saluabis. ⁊ quos seruaueris in gladiū dabo: tu semiabis ⁊ nō metes: tu calcabis oliuā: ⁊ nō vngerꝭ oleo: ⁊ mustū ⁊ nō bibes vinū ⁊c. Esa. xxiiij. c. Q̄ꝛ trāsgressi sunt leges mutauerūt ius: dissipauerūt fedus sempiternū: ꝑpter hec maledictio vorabit terrā ⁊c. ibidē vide multa mirabilia de vltione iniustitie. ¶ Itē Ecclesi. xl. Substātie iniustorꝫ sicut fluui⁹ siccabunt: ⁊ sicut tonitruū magnū in pluuia ꝑsonabūt. ¶ Scd̄a morte affligunt: vcȝ eterna ⁊ gahēnali. vñ dicit Isid. de sum. bono. li. iij. c. vl. Prauos aūt hoies angeli excipiūt morientes: vt eis sint ipsi tortores in penis: q̄ fuerūt sua fores inuitijs. De q̄b⁹ eq̄ ꝑ ꝓphe. dr. Ducūt in bonis dies suos: ⁊ in pūcto ad iferna descēdūt. ⁊ Eccli. xlj. c. Ue vobis viri impij: q̄ dereliquistis legē dñi altissimi: ⁊ si nati fueritis: in maledictiōe nascemini. Et si mortui fueritis: i maledictiōe: erit pars vestra. ⁊ Eze. xxij. Cōflabo vos: ⁊ cōgregabo vos: ⁊ succēdā vos in igne furoris mei ⁊ coflabimini i medio ei⁹: vt cōflat argētū i medio fornacis. Sic eritis i medio ei⁹: q̄ꝛ munera accepert ad fundēdū sanguinē: cōtēpserūt legē meā ⁊c. ⁊ Esa. x. Ue q̄ cōdūt leges iniquas: ⁊ scribētes iniustitiā: scripserūt vt opprimerēt in iudicio paupes. Quid facietis in die visitationis ⁊ calamitatis de lōge veniētis: ad cui⁹ cōfugietis auxiliū. et ibidē. iij. c. Et erit pro suaui odore fetor: ⁊ ꝑ zona funiculꝰ: ꝑ crispāti crine caluitiū ⁊c. ideo dr Mat. xiij. Mittet fili⁹ hois āgelos suos: ⁊ colligēt de regno ei⁹ oia scādala: ⁊ eos q̄ faciūt iniq̄tatē: ⁊ mittet eos in caminū ignis: ibi erit flet⁹ ⁊ stridor dētiū. ⁊ mar. ix. dr q̄ ignis ille est inextinguibilis vbi v̄mis nō morit. ⁊ d̄ illo igne loq̄t lactā. fir. in. vij. li. c. xxj. Et de ista morte eterna iuste dr̄ qᵒ hr̄ Eccl. xlj. O mors q̄ amara est memoria tua. Illi⁹ tñ freq̄ns ⁊ assidua cōmemoratio ē summa medela ad pctm̄ vitādū ⁊ iustitiā sequēdū. Nā (vt dicit idē Isid. li. iij. de sum. bo. c. vlt.) Cū tā crudelis exit⁹ cernit: nō solū q̄ viderit refugit: sed alios etiā ab imitatiōe illi⁹

Impij affliguntur in bonis tpalibus

Impij alia morte affligunt s. eterna.

Maledictiōes iniq̄tatis ⁊ iustitie.

O mors q̄ amara est memoria tua.

Mortis memoria est multū vtilis.

quanta valuerit exhortatione cõpeſcit. ¶ Valet etem̃ et ꝓficit memoria mortis ad multa: ꝓut dicit Archi. in.c. valida. de pe.di.ij. Nam valet ad terrenoꝝ cõtemptũ. Hiero. in epiſt. ad Cypria. q̇ ſe quotidie recordat̃ eſſe moriturũ: cõtẽnit ꝑſentia ⁊ ad futura feſtinat. ¶ Scd̃o valet ad refrenãda deſideria carnis. vnde Greg. li.xij. mora. Nihil tã valet ad domanda carnis deſideria: ꝗ̃ conſiderare q̈lis futura eſt mortuo. ¶ Tertio valet ad oia pctã vitãda. Eccl. vij. In oibꝰ operibꝰ tuis mẽorare nouiſſima tua: ⁊ ieternũ nõ peccabis. Et hec de iniuſtitia: pro qua vitãda orandum eſt cum pſal. pſal. cxviij. Greſſus meos dirige ſm̃ eloquiũ tuũ dñe: ⁊ non dñetur me ois iniuſtitia.

Mortis memoria ad multa proficit.

¶ Deſcriptionũ libri ſecundi Finis.

Parũ ẽ iura eſſe in ciuitate niſi ſint q̇ iura reddere poſſunt ⁊ noti.

¶ Libri tertij preambulum.

Viſis deſcriptiõibꝰ et diffinitiõibꝰ iuſtitie ⁊ iiuſtitie: reſtat i iſta tertia ꝑte videre de earũdẽ miniſtris: cũ parũ eſſet iſta noſſe: niſi miniſtri et perſone quarũ cauſa ſunt ꝓdita: note eſſent. ar. l.ij.§. poſt originẽ. ff. de origine iur. ⁊ inſtitu. de iure natu. gen. ⁊ ciui. §. fi. Sꝫ q̈r ꝓ̇nces eſt iuſtitie caput: ⁊ miniſter ꝓ̇ncipalis ꝑ no. in. l. digna vox. ⁊. l. fi. C. de legi. ꝓut etiã dicit do. Azo. in ſum. in rub. de ꝑ̇ci. impera. offerẽ. ¶ Qui quidẽ princeps (ſm̃ Policra. li. iiij. c. j.) dr̃ ptãs publica: ⁊ in terris diuine maieſtatis imago: q̇ etiã cenſet̃ hr̃e iura ⁊ leges in ſcrinio pectoris. in. c. j. de ꝯſti. li. vj. ⁊. l. oĩz. c. de teſta. ⁊ dr̃ lex aiata in terris. in aut. de cõſu. §. fi. col. iiij. ¶ Teneturqꝫ ꝓ toto regno ſuo cõſilijs ⁊ laboribꝰ die noctuqꝫ laborare. i aut. vt iudi. ſine quoꝙ ſuffra. in ꝓ̇n. col. ij. Et potiſſime circa leges cõdẽdas oẽ ſuũ dirigere dꝫ ſtudiũ: vt ꝓ̄ter ſalutẽ ſuã: legũ ordinatiõi cũcta poſtponat. in aut. de nupt. in fi. col. iiij. iuxta illud. ecce in iniuſtitia regnabit rex: et ꝓ̇ncipes i iudicio preerũt. Eſa. xxxij. Quare imaginẽ ſeu typũ principis poſtponere non incongruum fuit.

Priceps ẽ iuſtitie caput ⁊ miniſter ꝓ̇ncipalis.

Priceps dr̃ ptãs publica ⁊ i terris diuie maieſtatis imago.

